3 2044 106 376 841




1914
QB 038
Bot Dict.
B63.1

HARVARD UNIVERSITY

LIBRARY

OF THE

GRAY HERBARIUM

Received 13 May, 1914.
Bought.

D. GEORGII RUDOLPHI BOEHMERI

IN UNIVERSITATE WITTEB. SENIORIS ET MEDICINAE PROFESSORIS

# COMMENTATIO BOTANICO-LITERARIA DE PLANTIS IN MEMORIAM CULTORUM NOMINATIS

INCEPTA ANNO MDCCLXX

NUNC

AD RECENTISSIMA TEMPORA CONTINUATA.

LIPSIAE,

IN LIBRARIA WEIDMANNIANA

MDCCXCIX.

Gray Herbarium
Harvard University
13 May 1914

Diſſertatio de plantis in memoriam Cultorum nominatis, an. 1770 edita, ab HALLERO Bibl. botan. Vol. II. p. 385 dicitur docta et plena emendationum Linnaeanorum nominum. et Cel. USTERI Botan. Annal. Part. IX. p. 93 ſcripſit: *es iſt ſolche eines Theils ein guter Commentar zu* Linnaei Critica Botanica §. 236—38, *theils ein brauchbarer Beytrag zur botaniſchen Literatur und Geſchichte.* LUDWIGIUS quoque illam inſeruit Delectui Opuſculorum ad Scient. natur. ſpectantium Vol. I. a p. 191—271. Partim itaque horum Virorum applauſu permotus, partim, quia ab illo tempore numerus eiusmodi nominum inſigniter auctus fuit, conſilium cepi, antea exhibitum catalogum, quo 409 continentur, denuo perluſtrare, et, quae poſtea nova acceſſerunt, addere atque ſic ad recentiſſima tempora continuare. An completa haec ſit enumeratio, ipſe dubito. Nonnulla enim nomina, inprimis ab ADANSONIO et NECKERO, immo

Ill. Schrebero conſtituta ancipitem me reliquerunt, an, ut videtur, a Viris, et a quibusnam ſint derivanda. An e. gr. Calepina ab auctore Lexici, Vieuſſeuxia ab Anatomico, Willughbega ab Animal. et Geeria ab Inſector. Scriptore Meyera Schreb. quinam inter plures Meyeros intelligendus, de Baſſovia, Bumelia, Cladonia, Dondiſia, Mahernia, Mühlbergia, Neurada, Prockia, Rhexia, Ricotia, Ruteria, Strelitzia, Wurmbea aliisque nonnullis nullam prorſus invenire potui notitiam, licet Amicos et privatim et publice *im Allgem. Literatur-Anzeiger*, 1798. *No*. 7. rogaverim, ut me de his aliisque certiorem reddere, benevole vellent. Haec itaque ratione originis, an a Viris, et a quibusnam, an vero ab alia qualitate dicta fuerint, dubia mihi viſa nomina pauca modo adducere volui; et nihilominus Catalogus duplo maiorem continet nominum numerum, a Viris deſumtorum, qui de re herbaria alio alioque modo, plus minusve bene meruerunt, quam in priori editione adducta fuerunt.

---

Plan-

Plantarum nomina an ab hominibus deſumi, horumque nominibus illae inſigniri, atque ſic eorum memoriae dicari poſſint ac debeant, copioſius diſputare, ſuperfluum videtur. Diu namque illa invaluit conſuetudo et a primis fere rei herbariae ſcriptoribus, haereditario quaſi iure, ad nos delata fuit, ut HIPPOCRATES, THEOPHRASTUS et alii veteres [a]) aeque ac PLUMERIUS, LINNAEUS, JACQVINUS, ADANSONIUS, NECKERUS et alii recentiorum, eiusmodi nomina introduxerint, eorumque numerum multi-

 plica-

a) Conf. PLINIVS, qui Libr. XXV. cap. 4. 5. 6. nomina plantarum recenſuit, antiquiſſimo tempore a Regibus aliisque deſumpta. Et de CONR. GESNERO ſcribit HALLERVS Bibl. Bot. I. p. 284: *Iuſtam gratitudinem doctis viris rependere conatus eſt, quorum nomina ſtirpibus imponeret. Wolratam deſtinaverat, ad Aretium ſcripſerat, ut Aretiam ſibi ſeligeret, Bauhiniam Ioanni obtulit* et ſ. p. Romani praecipue illorum memoriam ſacram conſervarunt, qui novos fructus adportarunt. Conf. Hamb. Magaz. Vol. V. p. 501 et 592. Ad hos quoque merito referri debet L. VITELLIVS, qui cum Legatus in Syria eſſet, ex hac provincia Piſtaciam veram in Italiam intulit. vid. PLINIVS L. XIII. c. 5. et Syſt. Veget. LINNAEI a MURRAYO ed. p. 740.

plicaverint. Sunt quidem, et fuerunt nonnulli, qui hanc vegetabilia denominandi rationem negligere ac ſpernere voluerunt b), verum nullum habent eorum argumenta pondus, immo veris huius artis regulis aperte contradicunt. Si enim in univerſum nomina, plantis impoſita, conſideramus, omnino fateri debemus, rariſſime plantam et eius nomen aliquam inter ſe habere relatio-

b) Inter quos nominemus Iul. Bern. von Rohr in Tract. *vom Nutzen der Gewächſe und von Verbeſſerung ihrer Benennung* Coburg 1736. Part. II. p. 190. Jo. Jul. Hecker *Einleitung in die Botanick.* Hal. 734. p. 72. Verum non ſolum infimae claſſis fuere botanici, qui hanc denominandi rationem deridere ſolebant, ſed et I. G. Siegesbeckius in Botanoſophia. Petrop. 1737. ed. p. 34 et 36; maxime autem Hill, qui occaſione Zinniae, quam Lepiam dixerat, ſcripſit: *mirabuntur, quare non ſecutus ſim conſuetudinem recentiorum ſcriptorum, ipſique nomen impoſuerim, fautoris aut amici, cuius gratiam inde inirem, ſed in ea re veteres ſapientiores fuiſſe arbitror, nomen illud demum utile cenſendum eſt, quod ideam plantae in ſe continet,* et ſ. p. dein pergit: *Ubi nomina, a Viris deſumta, imponunt, ſumma eſt ſtultitia et ingens adulatio. Unusquisque nonne ridet, ſi Tulipam audiat vocare Regem Pruſſiae etc. eſtne minus ridiculum, alias plantas denominare Mitchellam, Catesbejam etc. Botanicus enim, qui ſui aliis conditionibus conſervare non poteſt, nec meretur, eius ut mentio amplius ſiat.* vid. Exotic Botanic 1759. fol. edit.

lationem c), plurimorum potius nominum, etſi non barbara ſunt, ſed graeca vel latina, etymologiam nos plane neſcire, herbisque quemlibet, ex veteribus praecipue, nomina, prout libuerat, impoſuiſſe, nonnunquam ſaltem, recentiori maxime tempore, ex planta ipſa, eiusque proprietate, vel charactere quodam ſingulari, nomina conſtituiſſe, facile animadvertimus. Ideoque ſi ultimum denominationis fundamentum erui et character, plantae quaſi inſcriptus, nomine exprimi haud poteſt, nomina, hominibus alias propria, ſubſtitui atque adhiberi licebit d). Neque



c) Hoc unicum eſſe illorum, quibus nomina, a Cultoribus deſumta, diſplicere ſolent, argumentum contendit Linnaeus Crit. Botan. p. 78, quod vero, ut mihi videtur, ſatis et bene refutavit. Dum vero Ille connexionem nominum eiusmodi cum plantis per exempla declarare ſtuduit, nova forte adverſariis arma ſtruxit. e. gr. Bauhinia foliis bilobis, a nobili Fratrum pari Bauhinis. Dalechampia planta diverſis floribus, ut diverſi autores Hiſt. Plant. Lugdunenſis. Gronovia planta ſcandens attrahensque plantas omnes, a Viro, qui in colligendis plantis paucos pares habuit, atque ſic in nonnullis aliis.

d) Non ſolummodo in generibus, ſed et in ſpeciebus commode nomen, inprimis ſic dictum triviale, a Botanicis deſumi ſolet, maxime tunc, ſi ſpeciem vel invenit, vel accurate deſcripſit, vel egregie delineavit. Si vero genus, a cultore dictum, poſtea pro ſpecie tantum aſſumitur, et nihilominus derelictum nomen genericum, ut triviale

et

deficiunt rationes, quae eiusmodi nomina maxime ſuadent, quasque inprimis Linnaeus e) copioſe adduxit. Has autem omnes nunc repetere nolumus; unicam, aſt et praecipuam, nunc notaſſe ſufficiat, ſcilicet addit Illuſtris Vir f): *Neceſſe eſt, unicuique Botanico, ut hiſtoriam artis, quam tradit, teneat, ſimulque Autores omnes cum ſuis nominibus noſcat*, *eaque memoriae mandet; haec nomina, memoriae tabula inſcripta, ſi plantis impoſita ſint*, *ſublevatur memoria, nec nova nomina generica iterum conficienda de novo, quae memoriam onerent.* Ideoque duo inprimis erunt commoda, quae ex eiusmodi nominibus fluunt, cultori plantarum maxime proficua; ſcilicet et plantarum et Aucto-

et ſpecificum nunc retinetur, confuſio certe metuenda erit. e. gr. Gratiola Monnieria, Duranta Elliſia, Cactus Pereskia, Antholyza Cunonia et Meriana, Polygala Heiſteria, Cacalia Kleinia, Commelina Zanonia et ſ. p. Cur vero ſolummodo in vegetabilibus haec denominatio aſſumta, ad reliqua autem naturae regna, animale praecipue, applicata non fuit? unicum modo exemplnm invenire potuimus, Cervum volantem Scopoli Lucanum Cervum appellavit in Entomologia p. 1. ne vero inter ipſa regna confuſio oriatur, ut imitatores nullos accipiat, maxime optandum erit.

e) vid. Crit. Botan. §. 237 ſq. p. 73 ſq.

f) l. c. p. 81.

Auctorum, a quibus nomen acceperunt, facilis recordatio g), cum quibus et tertium coniungi liceat, ad imitationem ſcilicet, eamque gloriam atque aeſtimationem reportandam invitatio. Aemulatio optime ingenia alit et admiratio incitationem accendit.

Ab illis autem nomina plantis imponenda erunt, qui vel ipſimet artem noſtram coluerunt, eamque ſuis factis atque ſcriptis illuſtrarunt ma-

 gis-

g) De his certe valebit illud Platonis in Gorgia effatum: *Qui nomina norit, norit etiam res.* Liceat quoque locum ex Promptuario Hambergenſi, ubi de nominibus, Dianthis, Auriculis, Tulipis et ſ. p. imponendis differitur, huc transſcribere et ad imitationem commendare: *die Namen, die man bisher dieſen Blumen gegeben, ſind ihnen nur immer, um ſie von einander unterſcheiden zu können, gegeben worden; weiter haben ſie keinen Nutzen; daher würde es nützlich ſeyn, und beſonders für die Freunde der Geſchichtskunde erſprieslich, wenn man die Namen der berühmteſten Helden und ehrwürdigſten Gelehrten entlehnte, und ſie nach den Geſetzen der Zeitfolge den Blumen mittheilte; wie leicht würde ſich das Gedächtniſs eine ganze Reihe der merkwürdigſten Begebenheiten in der bunten Geſellſchaft der ſchönſten Blumen vorſtellen, wie viele Blumenfreunde würden ſich unter den jungen Leuten finden, und wie eifrig würden ſie nicht die ganze Geſchichtskunde erlernen.* Vid. Hamb. Magaz. Vol. XV. p. 655.

giſque perfecerunt, vel ſaltem adiuvarunt, et varia ratione promoverunt. Cum enim, ut bene monuit Linnaevs h), *maximis expenſis excoli teneatur botanica, cumque inde nullum lucrum expectet botanicus, et pauca ſint, quae eum vocent, munera, omnino pauci exiſterent, niſi Reges, Magnates aliique ditiſſimi Viri opem arti adferant ſumptibusque neceſſariis ſublevent.* Ideoque qui vel ſuis ſumptibus hortos botanicos exſtruxerunt, eosque publicis uſibus, praecipue autem Botanicis, pro excolendo ſtudio conceſſerunt, aut in uſum Academicum legarunt i), vel ad itinera botanica ſuſcipienda ſtipendia conſtituerunt, vel pingendis aerique incidendis plantarum iconibus pecunias neceſſarias impenderunt, vel alia demum quacunque ratione artis noſtrae Maecenates fuerunt atque Promotores, eorum omnium merita ad poſteros transferre, eademque ac Ipſorum nomina plantis quaſi inſcribere atque depingere; memoriam denique in plantis repullulantibus poſteritati inſinuare et com-

h) Crit. §. 237. p. 73.

i) Nonnulli Academici horti e privatis originem habuerunt. Hortum Chelſei prope Londinum coluit et Societati Pharmaceuticae conceſſit Sloane. In Cliffortiano Linnaevs, in Waltheriano Ludwigius, in Zieteniano Gleditschius enutriti fuerunt.

commendare, eodem, immo maiori iure poterimus, quo alii nummis, imaginibus, ſtatuis, ſtructis urbibus aliisque modis celeberrimorum Virorum facta atque merita concelebrare ſtuduerunt. Plantae enim diutius, immo perpetuo durant, et ſi moriuntur, ſemper reviviſcunt, et quaſi perenni et immarceſcibili flore, una cum ſuis promotoribus vigent atque perſiſtunt, et cum ad remunerandum nihil, praeter voluntatem, nobis ſuppetat, ipſique Promotores propriis ſcriptis memoriam ſui poſteris commendare rarius ſoleant, optime et grati animi teſſeram et benefactorum recordationem plantae dabunt, et in perpetuum conſervabunt. Hoc quidem leve erit munuſculum, aſt nullum, Seneca Auctore k), beneficium eſt tam anguſtum, quod non extendat bonus Interpres.

In his autem nominibus conſtituendis non debemus eſſe liberaliores, nec imitari veteres, qui

k) De Beneficiis Libr. IV. Conf. Wildenowii Grundriſs der Kräuterkunde p. 276, Qui ſcripſit: *die gröſste Belohnung eines Botanikers iſt die Benennung einer Gattung nach ſeinem Namen, und ſolche Namen muſs man zu erhalten ſuchen, muſs aber auch den Namen des Botanikers nicht verändern, ſondern unverändert beybehalten.* Quod certe a multis obſervatum non fuit.

qui a Divis Sanctisque l) plantas denominarunt, nec ſequi recentiorum nonnullos, qui amicis fautoribusque ſuis, de rei herbariae commodo atque incremento haudquaquam ſollicitis, plantas dedicarunt, neque illorum, qui in aliis hiſtoriae naturalis, vel medicinae partibus gloriam atque aeſtimationem conſecuti fuerunt, nomina plantis inſcribere, licebit unquam, potius eiusmodi nomina Linnaevs, Eoque duce, recentiſſimi fere omnes reiecerunt ſcriptores. Ne vero aliquid detrahatur Viris, ab uno alteroque Botanico aeſtimatis, cumque eorum ſtudia privata eſſe poſſint, neque omnibus cognita, neceſſarium maxime erit, ut quilibet Autor, qui Promotoris memoriae ſacram eſſe voluit plantam, rationem quaſi nominis reddat, factaque et meri-

l) Conf. de his lo. Bauhini liber de Plantis a divis ſanctisque nomen habentibus. Baſil. 1591. 8. Henr. Mühlpforti Tr. german. de origine et virtute herbarum, a divis nomen habentium, Schleuſingae 1627. 8. Barth. Ambrosini Panacea ex herbis, quae a Sanctis denominantur. Bonon. 1630. 12. Gvil. du Val Pictura ſanctorum medicorum et de plantis nomenclaturae ſanctioris. Pariſ. 1643. 4. Quibus et addi poteſt Poeta antiquus, cuius carmen de viribus herbarum, Deo alicui conſecratarum graece edidit Aldus ac Dioſcoridi ſubiecit. Venet. 1518. 4, et Biblioth. graecae inſeruit Fabricius L. III. c. 26. p. 630.

merita Eiuſdem recenſeat atque exponat, quodſi praeſtiterit, facile applauſum merebitur nomen atque conſervabitur.

An autem omnes, qui ad rei herbariae Autores pertinent, eiusmodi publico quaſi teſtimonio commendari, an horum ſaltem nonnulli et illi, qui prae reliquis aliis famam adepti, publicisque literarum monumentis celebrati ſunt, et, cum ultimis modo illa aeſtimatio concedatur, quinam ad hanc claſſem referri debeant, affirmare et definire, nec volumus, nec forte poſſumus. *Illud* namque, *ſi merebuntur,* primum eſſet praeſuppoſitum, maximam autem difficultatem quoque involvit *illud.* Dedit quidem LINNAEVS Catalogum Autorum Botanicorum *m*), eosque ſecundum ſua merita in Claſſes diſtribuit, dum aliis, qui inter reliquos, ut ſidera quaſi, eminent, et principem locum occupant, maiori, qui ſuccedunt minori aſteriſco ſignavit, reliquos, infimae fere plebis botanicae ſocios ſine ſigno recenſuit; attamen nec in hac Autorum claſſificatione applauſum ubique reportabit *n*). Nec Ipſe Principibus ſuis omnibus plantas

m) Amoenit. Acad. Vol. V. p. 276 ſqq.

n) E. gr. maiori * notavit GESNERUM FUCHSIUM, BREYNIUM, BOERHAAVIUM, BRADLEIUM, JO. AMANNUM; bene, quam multum vero ab his diſtant RONDELETIUS,

plantas dicavit o), nec hiſce ſolis, ſed aliis multo inferioribus, eundem honorem tribuit p), raro autem illorum nomina, qui conceptam ſpem nullo modo impleverunt, denuo caſtravit atque alia ſubſtituit q). Alii praeterea Botanici, qui plantas a ſuis cultoribus denominarunt, ſaepiſſime nullum ſelectum obſervarunt, ſed ſuperiores aeque ac inferiores eadem ratione aeſtimarunt, eodemque praemio cohoneſtarunt. Quae cum ita ſint, abuſus maxime in his nominibus conſtituen-

letius, Marggrafius, Sweertius, Seba, G. H. Kramerus, Wedelius eodem ſigno cohoneſtati; neque his inferiores ſunt, licet minorem ſtellulam acceperint, Grewius, Malpighius, Catesby, Ludwigius, Allionius, Brownius, aliique. Blackwellia cum Beslero certabit. Signum etiam meruiſſet Valerius Cordus, Sterbeck, illiteratus quidem homo, qui vero ſuo de Fungis Tractatu anteceſſores omnes ſuperavit; Cornutus, Garidel, Shaw, quem et Ipſe Linnaeus Phil. Bot. p. 9. inter praeſtantiores retulit, Staehelin, Wachendorf, Zinn, Ehret, minus bene accepit Parkinson et ſ. p.

o) Ita e. gr. Sebae et Bradleyo eo tempore nulla conſecrata fuit planta, licet Hic plantarum ſucculentarum optimas figuras et deſcriptiones dederit aliisque ſcriptis rem herbariam illuſtraverit.

p) V. gr. Grislea, Sibbaldia, Vateria, quorſum et referri poterit Quaſſia.

q) Ut ſunt Budleja, Iuſticia, Schwalbea et alia.

tuendis invaluit omnisque haec ſtirpium appellatio dignitatem ſuam fere amiſit r). Accedit, quod haec a Cultoribus deſumta nomina aliquando ambigua ſint, et vel exercitatiores haeſitent, an a celebri quodam Viro, an alia quadam ex cauſa dicta s) fuerit planta; etſi etiam con-

r) Bene hinc de Bergen ſcripſit: *Valet hic illud tritum, ne quid nimis, metu, ne poſteris ad vanitatem potius, quam utilitatem comparata videatur ſtirpium appellatio.* Vid. Flora Francofurt. 1750. ed. p. 8, et Iussieu Praefat. p. 32 monuit, *harum appellationum, a Botanicis ſcil. eorumque fautoribus, a Tournefortio primum rariſſime admiſſarum, et tunc honorificarum numerus increvit in infinitum, abutente Linnaeo et aliis, ita, ut eviluerit. Decus inde confectarium, cuilibet non conceſſum botanophilo.*

s) Quo de nominum origine certiores evadamus, eorumque etymologia cognita memoriam facilitemus, neceſſarium videtur, ut quilibet, qui nova nomina condit, rationem eorundem apponat exponatque. Recte enim ſcribit Scopoli: *primum ſane, quod de omni individuo ab imperitiſſimis etiam hominibus quaeritur, eſt, quod eſt, idemque ſapientes quoque quaerunt, ea tamen differentia, ut vulgus acquieſcat in nomine, doctus vero rationem reddere poſſit, cur datum nomen, nec aliud mereatur.* Vid. Eius Fauna et Flora Inſubriae Praef. p. 4. Idem obſervarunt praecipue in nominibus, quae graecae ſunt originis, recentiores Forsterus, Loureiro aliique. Atque hoc non ſolum in genere deſideratur, ſed etiam in ſpecie obſervari debet, dum a Cul-

coniectura aſſequi poſſet, virile nomen eſſe, quandoque tamen ignoramus, quisnam ille ſit Autor et quaenam eius ſint merita, cum partim denominationis rationem rarius apponere, partim autem a Viris, vix omnibus ſufficienter notis [t]), nomina deſumere ſoleant Botanici. Porro illa quoque transmutatio et reformatio horum nominum, dum vel genera, eorumque nomina in ſpe-

Cultoribus eadem deſumuntur. Morem hunc omnium applauſu ſervarunr PLUMIER, MICHELLIUS, LINNAEUS, inprimis Filius in Supplementis, CAVANILLES aliique, minus bene autem ADANSONIUS, BROWNIUS, NECKERUS neglexerunt. Duplici exemplo, altero antiquo, recentiſſimo altero aſſertum illuſtremus. *Sambucus* planta non, ut quidem videtur, a IOH. SAMBUCO, Medicis quoque notiſſimo Hiſtorico dicta fuit, ſed, notante KYPERO, ab inſtrumento muſico; cui nomen ſambuca, ab inventore SAMBYX, erat; vid. Eius Lexicon rei herbariae p. 376. *Calceolariae* nomine condidit genus LÖFFLING et facile exiſtimare poſſemus, in FRANC. CALCEOLARII, Pharmacopoei Veneti, memoriam dictam fuiſſe, inprimis, cum etiam Itinere ſuo in Baldum montem 1566 edito, locum inter Botanicos ſibi vindicaverit, et tamen non eſt, a figura enim floris nomen deſumſerat Auctor, ut Ipſe monuit. Vid. Eius *Reiſebeſchreibung* p. 244. Conf. et Pollia et Stephania.

t) No. 18. 61. 62. 71. 76. 81. 83. 103. 140. 145. 152. 181. 190. 192. 197. 256. 284. 291. 325. 328. 377. 423. 424. 500. 515. 573. 575. 588. 596. 657. 658. 665. 686. 693. 711. 794. 809.

ſpecies ſaepe mutata, vel duo, aliquando plura genera ab eodem Viro nominata, e contrario autem una eademque planta a diverſis cultoribus u) dicta, fuerint, novam peperit et quotidie parit difficultatem atque confuſionem.

Quo itaque haec, plantis hactenus impoſita, virilia quaſi nomina, eorumque fata et Autores plenius innoteſcant, atque a quòlibet artis perito eo facilius diiudicari poſſint, omnia, omiſſis iis, quae a Diis x) Sanctisque y) recepta, vel ficta a Poe-

u) Mutationum eiusmodi exempla facile ex annexo catalogo invenire quilibet poterit. Ultimo loco notatae confuſionis ſpecimen maxime praebet Calycanthus Linn., quae tria accepit nomina: Ehretius ſcil. Beureriam, du Hamel Büttneriam, et Millerus Baſteriam dixit. Michelia Houstoni, Linnaei et Ammanni ſunt diverſiſſima genera. Nullus forte Botanicorum triſtius fatum habuit, quam Scopoli. De Scopolia, quam Linnaeus in Supplem. aſſumſit, recte monitum fuit in Commentar. Lipſienſ. Vol. XXV. p. 114. *haec eſt quarta, quousque tandem progreditur temeraria et arbitraria nominum genericorum immutatio? Ita ne a chao, in quod Botanice recidere videtur, reſervabitur, an potius in illud praecipitatur?*

x) Ut ſunt Mercurialis, Hymenaea, Nymphaea, Satyrium etc.

y) Haec plerumque mutata et alia ſubſtituta fuerunt, hinc nulla hodie Gerardi, Iacobi, Kunigundis et ſ. p. herba occurrit. Chriſtophoriana a quibusdam conſervata et Barbareae genus a Scopolio in Fl. Carniol. p. 522. de novo conditum fuit.

Poetis z) tradita fuerunt, collegimus a), et una ſerie nunc exhibere b) voluimus. Praemiſimus autem

z) Ut ſunt Narciſſus, Hyacinthus, Adonis, Amaryllis, Phyllis, Daphne, Crocus et alia. Eiusmodi etiam nomina recentiores ſaepe introduxerunt, ut eſt Atropa, Liriope a Loureiro dicta, a Nympha, matre Narciſſi, ex florum qualicunque cognatione, ſimilique colore coeruleo vid. Fl. Cochinchin. Vol. I. p. 248. an bono conſilio? dubitamus.

a) Catalogum plantar. a Cultoribus denominatarum quoque dedit, Auctorumque nomen, patriam et inclareſcendi annum appoſuit Linnaeus in Crit. Bot. p. 91 ſqq. et auctiorem, aſt ſolis nominibus conſtructum exhibuit Philoſ. Botan. p. 172,

b) Quo enumeratio haec abſoluta ſit atque completa, omniaque a Cultoribus in hunc usque diem dicta genera comprehendat, omnem quidem operam adhibuimus, nihilominus tamen quaedam forte deſiderari poterunt. Partim enim, ut in Praefatione notavimus, a nonnullis virilia adhibita fuerunt nomina, quinam vero illi fuerint viri, non ſemper memoratur, partim in recentiſſimis ſcriptis, quae noſtram fugiunt notitiam, unum alterumque determinatum et eiusmodi nomine inſignitum eſſe poterit genus a nobis non adductum, partim denique nonnulla erunt, de quibus dubii fuimus, an a Viris nomen acceperint, et Catalogo inſeri debeant. En indicem illorum nominum, quorum certe nonnulla a Viris deſumta ſunt, quinam autem illi fuerint, vel ignoramus, vel non certe determinare poſſumus, alia forte aliam agnoſcunt originem:

*Adelia* Linn. et La Mark Bernardia Brown.
*Adleria* Neck. Parivoa Aubl. Dimorpha Schreb.
*Baillieria* Aubl. et Gmel. Syſt. Trixis Swarz et Schreb.

autem generum catalogo illas, quas LINNAEUS ſancivit, in conſtitutione horum generum obſervandas, regulas easque exemplis illuſtravimus, in ipſo autem Catalogo generis nomen, auctoremque, qui illud conſtituit, et, ſi quae ſunt,

 muta-

*Baillouviana* Adanſ. Fuci Spec.
*Barollaea* Neck. Peckea Aubl. Rhizobulus Gaertn. et Linn.
*Baſſovia* Aubl. Neck. et Schreb.
*Belharnoſia* Adanſ. Sanguinaria Dill. et Schreb.
*Bergera* Koenig et Schreb.
*Bimaldia* Scop. Intr. Magoſtan Rumph.
*Blankia* Neck. Conopea Aubl. et Schreb.
*Bolducia* Neck. Tarabea Aubl. Dipteryx. Schreb.
*Bonaveria* Scop. Intr. et Neck. Coronillae Spec. Linn.
*Bumelia* Raeuſch Nomencl.
*Calepina* Adanſ. Myagri Spec. Linn.
*Calliſia* Loefl. et Schreb. Hapolanthus Jacq.
*Cladonia* Raeuſch.
*Daſſovia* Neck. Aſclepiad. Spec. Linn.
*Dinklera* Neck. Jungermanniae Spec. Linn
*Evardia* Adanſ. Terebinthus Jacq.
*Galardia* La Mark et Schreb. Gouillardia Fouger.
*Gazania* Gaertn. Gorteria ringens Linn.
*Geeria* Neck. Enovrea Aubl.
*Guilleminia* Neck. Vomita Aubl.
*Haſtingia* Koenig Abroma Jacq. et Linn.
*Heizelmannia* Neck. Montira Aubl.
*Hetlingeria* Neck. Colletia Scop. Rhamni Spec. Linn.
*Hoelzelia* Neck. Paſſira Aubl.

mutationes, deinde Virum, cuius in memoriam nomen accepit genus, huiusque vel ſcripta praecipua, vel alia, quatenus nobis innotuerunt, in rem herbariam merita, annotavimus; denique hinc inde notas adiecimus, quae eiusmodi genera,

*Hoitzia* Iuſſ. et Gmel. Syſt.
*Hortenſia* Iuſſ. et Gmel. Syſt.
*Kirganelia* Raeuſch.
*Mahernia* Linn. et Schreb.
*Mapunia* Aubl. Cyperoidis Spec.
*Monſonia* Cavan. et Schreb.
*Morilandia* Neck. et Schreb.
*Mühienbergia* Schreb.
*Muſſaenda* Gmel. et Linn. ed. 13. nunc ad Gardeniam ab Eodem relata.
*Neudorfia* Adanſ. Nolana Linn.
*Neurada* Juſſ. Gaertn. Schreb.
*Oſterdamia* Neck. Agroſtidis Spec. Linn.
*Peckea* Aubl. Rhizobulus Gaertn. et Schreb.
*Poupartia* Juſſ.
*Prockia* Brown et Schreb.
*Raſſia* Neck. Gentianae Spec.
*Ravenalia* Sonnerat, Gmel. Syſt. Urania Linn. et Schreb.
*Rauſſina* Neck. Pachira Aubl., quae eſt Carolinea Linn. Fil. et Schreb.
*Rhexia* Gron. et Linn.
*Ricotia* Linn. et Schreb. Lunaria Tourn. et Gaertn.
*Rindera* Pallas et Neck. ad Cynogloſſum relata a Schreb.
*Ruteria* Medic. Vorleſ. II. 380. Pſoralea pinnata Linn.

nera, a demortuis iam Auctoribus nominata, concernunt, atque minus exercitatum inſtruunt, ut eo curatius haec nomina aeſtimare atque diiudicare, poſſit.

Ex Linnaei Critica Botanica tres huc pertinent Aphoriſmi. Scilicet

§. 236. *Nominibus genericis non abuti decet ad Sanctorum, hominumque in alia arte illuſtrium memoriam conſervandam, vel favorem captandum.*

Regulam hanc iam ſuperius illuſtravimus, quatenus vero a Botanicis neglecta fuit, facile ex exemplis apparebit. Petiverius praecipue



*Sahlbergia* Neck. Gardeniae Spec. Linn.
*Salvedelia* Neck. Brya quaed. Linn.
*Sanſevieria* Raeuſch.
*Schepperia* Neck. Cleomes Spec. Linn.
*Stickmannia* Neck. Commelinae Spec.
*Stockhuſia* Raeuſch.
*Strelitzia* Aiton et Schreb.
*Valerandia* Linn. quaed. Chironiae Spec.
*Verlangia* Neck. Rhamni Spec.
*Wurmbea* Thunb. et Schreb.

Horum pleraque, praecipue ab Adansonio et Neckero aſſumpta, partim aliis nominibus ab aliis inſignita fuerunt, partim genera non conſtituunt, ſed tantummodo tanquam ſpecies conſiderari debent.

pue ac Michellius plurima eiusmodi adhibuerunt nomina, ab aliis merito neglecta, ut ſunt No. 95. 121. 205. 422. 426. 437. 558. 599. 619. 653. vid. etiam not. t. Tournefortius etiam, aſt rarius, No. 62. 423. 575. rariſſime Plumier ſuis privatis patronis plantam conſecrarunt, recentiori tempore prorſus fere neglectum fuiſſe canonem, haud paucis oſtendere poſſemus exemplis, niſi forte odium parerent. Cornelius e. gr. quem Harduinus aeſtimavit, inter promotores publicos locum non obtinuit. Huc et pertinet, quod nomina quaedam, quae ſecundum hoc praeceptum eſſent reiicienda, in hunc usque diem fuerint conſervata. Ut No. 63. 77. 584. alia e contrario excluſa fuerint, quibus hanc dignitatem concedere poſſimus, ut ſunt 442. 491. 681. 683.

§. 237. *Nomina generica poetica, Deorum ficta, Regum conſecrata, et eorum, qui botanices ſtudium promoverunt, retineo.*

§. 238. *Nomina generica, ad Botanici bene meriti memoriam conſervandam conſtructa, ſancte ſervo.*

In conficiendis nominibus genericis, a Botanicis claris derivatis, ſequentia obſervanda ſunt.

1) *De-*

1) *Deſumenda erit nomenclatura, a cognomine dicto, non vero praenomine.*

Bene Caſtorea in Durantam, Pittonia in Tournefortiam mutatae ſunt; ita et Guidonia in Fagoniam debuiſſet mutari, niſi aliam plantam Fagoniam iamiam dixerit Tournefortius, hinc ultimo hoc genere recepto prius, Guidonia dictum, alio nomine Samydam rite appellavit Linnaeus. Aliquando tamen dubium erit, quodnam Autoris nomen plantis ſit imponendum. Dantiae forte nomen retinendum, non ſubſtituendum Iſnardia, Valdia non debuiſſet in Oviedam mutari.

Neque nomina Auctorum ſunt multiplicanda, et quae unum deſignant, duobus generibus imponenda e. gr. Bumalda et Montalbana, Cameraria et Rudolphia, Drackenſteinia et Rhaedia, Donatia et Vitaliana, Monetia et Lamarkia, Bockia et Tragia, Fontaneſia et Louichia. Neque ab Auctorum patria nomen derivandum, non bene Coa et Ereſia, rectius Hippocratea et Theophraſta dictae plantae. Attamen et Ereſia conſervari potuiſſet, quia cognomen illud quaſi proprium habet, idem valet de Theodoro, a loco natali Tabernaemontanus dicto, cuius ultimum nomen botanici plantae impoſuerunt.

 2) *Ca-*

2) *Cavendum, ne nomina cum aliis rebus* (addamus cum aliis nominibus) *aequivoca oriantur.*

Evitari idem vix poterit. Alpinia aeque ac Alpina, cum alpibus, Raja aeque ac Rajania cum Piſce poterit confundi; hinc et Rajaniae nomen revocavit BURMANNUS. Saepe etiam cum aliis generum nominibus magnam ſimilitudinem habere ſolent. E. gr. Ambroſinia cum Ambroſia, Tillea cum Tilia, Zinnia cum Cinna, Ruellia cum Roella, Pohlia cum Pollia, Cluſia cum Clutia, Garciana cum Garcinia. Albina, Aldina, Alpinia facile confunduntur, etc. hinc et haec et alia a LINNAEO in Crit. Bot. §. 228. data regula, ſcil. *nomina generica, ſimili ſono exeuntia, anſam praebere confuſioni,* multis quidem modis limitanda erit, attamen in novis generibus conſtruendis ſedulo obſervanda. Duo ſunt genera, unum Milleria, alterum Mülleria, ſunt a diverſis Viris deſumta, quis vero ſolo audito nomine intelliget, an Miller, an Müller ſubintelligi debeat.

3) *Facilitanda eſt nominis, quantum fieri poteſt, elocutio, ne durum, inſolitum, aſperum et barbarum nimis ſonet.* Vid. no. 5.

4) *Obſervandum, ut uniformia evadant, atque*

*atque in a terminentur, ac ſi eſſent foeminina et ſubſtantiva.*

Prius, ut foeminina fiant, obſervatum a recentioribus non ſemper fuit, ut Helianthus Linn. Leuiſanus Schreb. aſſumſerunt vero frequenter veteres, et retinuerunt recentiores maſculinum, ut eſt Philadelphus, Crataegus, Evonymus et ſ. p. alterum vero, ut fiant ſubſtantiva, arbitrarium eſſe, exiſtimamus, melius quidem Ruyſchia, quam Ruyſchiana dicitur, ſed aeque bene Alpina quam Alpinia, et ſi e. gr. Commelina, Garidella dici poteſt genus, cur non et Caeſalpina, Geſnera, Rivina, Sloana, quae omnia in ia mutavit Linnaeus; ſi vero a botanicis in ia determinata fuerunt nomina, recte aſſervantur, ut Ammannia, Halleria.

5) *Detruncanda ſunt nomina nimis longa, ne ſeſquipedalia evadant.*

Haec, et quae fere eadem continet, regula tertia facile confuſionem parere poterit. Hinc potius Ludwigium ſequi vellemus, qui monuit: *quodſi nomen Botanici, vel nimis difficile pronunciatu ſit, vel genio linguae graecae aut latinae non reſpondeat, vel nimis longum inveniatur, tunc omnino reiiciatur.* Vid. Inſtitt. Regni vegetab. §. 221. p. 87. Quis enim Gundeliam a Gundelſcheimero, Craſſi-

nam a Kraſcheninnikovio, Brunſviam a Brunſchwigio dictam eſſe divinabit? Hinc recte Barleriam in Barrelieriam mutavit Gmel. Syſt. II. p. 959.

6) *Imponenda talia ſunt nomina, ubi nulla alia nota ſuccurrit, nec ſynonymum dignum adeſt.*

Idem aſſumſit, ſtrictius vero determinavit Ludwigius, afferens: *Si tandem, nec ex autoritate veterum nomen imponitur, nec character eſſentialis, vel accidentalis denominationis fundamentum eſſe, nec vocabulum barbarum commode recipi poteſt, tunc nomen ſummi Botanici vel Promotoris ſtudii eligatur.* Vid. Inſtitt. cit. §. 220. p. 87. Poſſumus e. gr. Hennae nomen conſervare, nec opus eſt, ut in Lauſoniam commutemus. Cur Sebeſtena, antiquum et officinale nomen, in Cordiam mutatum fuit. Ideoque et illam metamorphoſin, qua recentiſſimi quandoque ſcriptores nomina, generibus impoſita, reiecerunt et alia, a Cultoribus mutuata, impoſuerunt, minime probamus, ac imitari debemus, ut ſunt: No. 153. 154. 187. 360. 459. 538. 556. ſic et omnia fere Aubleti generica nomina mutavit, et cultorum iisdem appoſuit Necker; attamen aliquando applauſum habebit, tunc

ſcil.

ſcil. quando aſſumtum commode retineri non poteſt. Ita cum Sempervivum et Aizoon ſint ſynonyma, ultimum genus poſſet Veslingia dici; Potagonula minus apte a regione dicta, ut monuimus in Definit. Plant. Ludwigii No. 143. bene reiecit Cranzius et in Aſcaniam, prout et Quiſqualis in Kleiniam commutavit; Diantheram in Iungiam, et Selaginem in Manettiam commutavimus, cum prius nomen claſſicum potius eſſet et Selago vel diſtinctum genus conſtituat, ut Dillenius ſecit, vel quia nomen, Muſco datum, alius longe familiae plantae imponere commode non poſſimus. Vid. Definit. cit. no. 255 et 267.

7) *Iuſte imponenda ſunt talia nomina, lecta ſcilicet a botanicis ſolum ſummis, hinc fiat hoc a maturioribus botanicis, non a Iuvenibus, vel botanicis nuper excluſis, in his enim pruritus quidam ardet, qui in maturo viro extinctus eſt.*

Quinam e Botanicis ſummi, quinam Iuvenes dicendi ſint, difficile determinari poſſe, iam ſuperius monuimus, et quinam illi ſint, nuper excluſi, haud intelligimus. Immo et imberbis aliquando plantam vel novam invenire, vel accuratius diſquirere, eandemque, modo eadem genus vere novum conſtituat, nomine quodam, etiam a Cultoribus deſumto, inſignire

pote-

poterit. Pruritum nova genera conſtituendi et denominandi in Heistero, ad maturiorem aetatem evecto, nunquam laudabimus, et Adansonium et Neckerum nemo forte imitabit; licet Botanicis adultioribus debeant annumerari. Alia e contrario genera, eorumque nomina, communi applauſu recepta fuerunt, licet unico tantummodo genere conſtituto inter ſcriptores botanicos locum ſibi acquiſiverit Autor.

8) *Aſſumenda eorum ſolum nomina, quae antea nunquam impoſita fuere generi, alias falſa evadunt haec poſteriora et idcirco expungenda, prior enim loco, prior erit iure.*

Hanc ſi ſemper obſervaſſent regulam Botanici, plures certe difficultates fuiſſent evitatae. Diſtinctiſſimum plantae genus Sherardiam dixerat Pontedera, cur non poſtea receptum conſervatumque in hac planta Sherardi nomen, cur in Galeniam mutatum, Eiusque Viri nomen alii plantae, dubii maxime generis, impoſitum fuit? Eademque mutatio vel ideo probari non poteſt, cum immutatum ſtet et naturale ſit Pontederae genus, Sherardia autem Linnaei a Ludwigio, Hallero, Zinnio aliisque ut ſpecies modo conſiderata et ad alia genera relata fuerit, ita, ut

ut Galenia Linn. aſſumta, nulla ſit in tanti Viri memoriam dicta planta. Idem de Stiſſeria, Staehelina (vid. infra hoc nomen) Michelia aliisque valebit. Non tamen ſemper evitari poterit haec confuſio, cum aliquando eodem fere tempore unius eiusdemque Viri nomen plantae impoſitum fuerit. E. gr. Haleſia Brownii et Ellisii diverſa ſunt et diſtincta genera, alterum itaque genus debet alio nomine inſigniri; quodnam autem Haleſia dicendum erit? In Ludwigii Definit. Brownii Haleſiam conſervavimus, alteram autem Ellisii Hilliam diximus; eo namque tempore nulla a Cel. Hillio dicta erat planta, et Jacquinus poſtea Eius nomen inter plantas adoptavit. Contraria ratione poſtea Linnaeus haec nomina aeſtimavit et Elliſianum genus et nomen retinuit, Brownianam autem plantam Guettardam dixit. Ita et Zinnia et Craſſina eodem fere tempore dicta fuit eadem planta.

9) *Excludere unius nomen, prius impoſitum, aliusque imponere memoriam, non rationi convenit, niſi prior loco abſolute indignus ſit.*

Lex fere eadem, ac prior, et antea notata exempla commode eandem illuſtrabunt. Bene Buccaferrea in Ruppiam, Salvinia in Marſileam,

leam, Ooſterdyckia in Cunoniam; an recte Douglaſſia in Volkameriam? falſo Renealmia Plum. in Tillandſiam mutata.

10) *Naturalibus generibus ſunt nomina egregiorum Virorum inſcribenda, artificialia enim et hypothetica genera tandem ad genera naturalia ſua reducuntur, quibus reductis, reiiciuntur et impoſita nomina.*

In contrarium plura proſtant recentiorum temporum exempla. Non ſolum Heisteri, Adansonii, Neckeri, Medici, Moenchii genera pleraque artificialia ſunt, et ab anteceſſoribus tanquam ſpecies conſiderata fuerunt, et eiusmodi etiam manebunt, ſed idem de aliis novisque inventis et ut genera aſſumptis plantis valebit. Hinc Ipſi generis conditores aliquando illud, re accuratius perſpecta, iterum delerunt et ad aliud amandarunt, vid. exempla no. 4. 53. 201. 220. 485. 737. frequentius autem alii, ex hypotheſi conſtituta et multiplicata aliorum genera, combinarunt et in ſpecies commutarunt, exempla vid. 75. 150. 411. 508. 603. 725. 777. etc. plura adhuc poſtera forte delebit dies, cum aliis maxime adfinia et commode eo reducenda; ita Ortegiam Polycarpo, Switeniam Cedrelae adfinem eſſe animadvertimus. Conf. Swarzius in Obſervatt. botan.

qui

qui multa a Botanicis dicta genera ad alia reduxit, et La Markii Obſervatt. in Syſt. Linnaei a Gmelino ed. in Botan. Annalen Part. VII. p. 66 ſqq. qui plura adduxit exempla generum et ſpecierum, a Gmelino minus recte aſſumpta, dum ad alia reduci debeant. Sic Pitcarnia et Hepetes, Wurmbea et Melanthium, Blakea triplineruia et Webera, Forgeſia et Aſcalania et ſ. p. conveniunt et unum genus conſtituunt. Sic etiam Monſonia forte ad Capparidem, Oribaſia ad Pſychotriam, Randia ad Gardeniam, Reichelia ad Hydroleam poterunt referri. Vid. et no. 273. 282. 290. 299. 303. 306. 329. 332. 395. 396. 420. 510. 527. 540. 548. 552. 577. 611. 631. 652. 661. 663. 676. 683. 721. 743. 752. 771. 790. 804. 825.

11) *Retinenda eſt memoria clari Botanici, ſi antea impoſita generi artificiali, poſtquam hoc artificiale genus caniunctum ſit cum naturali, ſi nullum ſynonymon antiquius dignum ſit.*

Melius hinc Ananas, quam Bromelia dicendum fuiſſet genus compoſitum, e contrario potius Dodonaea, quam Pteleae nomen conſervari debuiſſet.

1) *Achil-*

1) *Achillea* Linn.

Achilles, Centauri diſcipulus, plantae dicitur inventor. vid. Plinius Libr. XXV. c. 19.

2) *Acoſta* Adanſ. Centaureae Spec.

— Loureiro forte Vacciniae Spec.

*Acoſta* in Flora Peruv. et Chilenſi eſt Monandria monogynia.

Chri-

1) Cur huic variisque aliis plantis veteres Regum praecipue impoſuerint nomina, ut plurimum ignoramus, immo ſaepe dubii ſumus, an ab his nomina acceperint, an potius eorundem etymologiam aliunde debeamus deſumere. Althaea e. gr. no. 17. forte potius a medendo et multiplici in medendo utilitate nomen accepit. Artemiſia no. 28. forte ab Artemide, quia medeatur foeminarum morbis. Bellis no. 65. a bello ſeu pulchro floris colore. Meliſſa no. 492. ab Apibus, Pyrola no. 600. a foliorum Pyri ſimilitudine dicta fuit.

2) Idem ſaepe cognomen diverſi habuerunt Auctores, hinc non unius ſolum, ſed et reliquorum, ſi quae ſint edita, ſcripta citavimus, ne alteri aliquid detrahatur, idque eo magis neceſſarium erit, ſi recentior autor ſuis meritis priorem et antiquiorem, a quo genus nomen acceperat, longe ſuperaverit, et ex loco ſuo quaſi detruſerit. vid. no. 20. 296. 407. et cum nunquam notaverit Adansonius, a quonam Viro plantas denominaverit, nos quoque determinare non poſſumus, an Christophoro, an Josepho potius plantam dedicare voluerit. Prior certe honorem hunc non merebitur, ea namque tantummodo repetiit, quae Garcias ab Horto ſcripſerat,

Christoph a Costa Luſitan. Afer Simplicia Ind. orient. 1576. et Ioseph a Costa e Soc. Ieſu Hiſtoria de las Indias 1589 eſt et recentior Auctor Telles d'Acosta, cuius Inſtruct. ſur les bois de Marine 1780, pars phyſiol. ex Duhamelio deſumpta.

3) *Adanſonia* Linn. Baobab. Adanſ.

Mich. Adanson, Conſil. Reg. Soc. Lond. Soc. Africam, Senegae finitimam, peragravit; proſtat Hiſt. nat. du Senegal 757, germ. 773, plurima in hac ad Conchylia pertinent. Familles des plantes 763, methodos plures poſſibiles et multa ſingularia propoſuit.

4) *Aeginetia* L. nunc Orobanches ſpec. facta.

Paulus Aegineta, a Patria dictus, Romae et Alexandriae Sec. IV. V. vel VII vixit.

pſerat, quod nec Ipſe diſſimulavit; melius itaque fuiſſet Garciae memoriam revocare; quod et nunc fecit Loureiro, etenim cur Hic latere debeat, dum Monardes in planta vivit, nullam videmus rationem.

4) Veterum medicorum nomina, plantis impoſita, ideo retinuit Linnaeus, *cum et Illi ſua ſub epocha clare extitere ſidera.* vid. Crit. Botan. p. 74. eademque ex ratione novum hocce condidit; verum ſi haec obſervanda regula, Aeginetae nomen, deleto nunc hocce genere, ad aliam plantam debuiſſet transferri atque conſervari. Sic quoque Aetia Adanſ. ab aliis recepta non fuit, ſic Oribaſia diſtinctum genus forte non conſtituit, an Traliana,

xit. Materiae medicae Libr. VII. cuius maxima pars de plantis agit. vid. Halleri Bibl. Bot. I. 162.

5) *Aetia* Adanſ. Combretum Loefl. et Schreb.

Aetius Amideus Galenum exſcripſit. Tetrabibl. Primi Libr. S. 1. eſt mat. medicae pars ex plantis ſumta et Tetr. IV. L. I. venenatas continet. vid. Halleri Bibl. I. 159.

6) *Ageria*, Scopoli Fl. Carniol. ed. 2. p. 22 ſcripſit: *Cur Paederotae nomen Bonarotae anteponendum ſit, nullam video rationem; Ageriam in notis dixeram ab Inventore*, a quo Ioh. Bauhinus eandem accepit; *ſed Agerio aliam plantam nunc dicavit* Adansonius. Scil. Myrſine et Prinos Linn.

7) *Aitonia* Linn. et Schreb.

William Aiton, Horti Kewenſis 789 auctor.

8) *Albina* Linn. eſt Lagunas 13 et 14. Koenigii, Heretiera Aiton. et Retz.

Ioh.

liana conſtans manebit, poſtera docebit dies. An Apuleja, a Gaertnero aſſumpta, ab aliis recepta fuerit, ignoramus. An omnia Veterum Graecorum, aeque ac Arabicorum nomina a Botanicis aeſtimari debeant, dubitamus, cum ad rem herbariam parum admodum contulerint. Conf. Th. Em. Halleri Dubiorum contra Fund. bot. Linnaei Faſc. I. 753. ed. p. 11.

Ioh. Albinus, Medicus, Hamburg. vixit initio Sec. XVI. citatur a C. Bauhino inter eos, qui Ipſi plantas ad Pinacem communicarunt; iter fecit in German. Gall. Ital. Hiſp. domum redux. 1620.

9) *Alcina* Cavan.

In honorem Franc. Ignatii Alcina, Valentini Gandienſis, vixit ſuperiore ſeculo, inſulas Philippinas petiit, naturae hiſtoriae indefeſſo ſtudio incumbens. vid. Botan. Annal. Part. II. p. 56.

10) *Aldina* Adanſ. Brya Brown Tab. 31.

Tobiae Aldini nomine Petrus Castellus edidit Hortum Farneſianum 1625; in cuius praefat. Castellus auctorem ſe profitetur. Inter alia Acaciae, quae etiam nunc a quibusdam Farneſia dicitur, hiſtoria continetur; icones nitidae ſculptae.

11) *Aldrovanda* Mont. et Linn.

Ulysses Aldrovandus, Prof. et Horti Bot. Bonon. Praef. obiit 1605. Dendrologia 1668.

12) *Allamanda* Gaertn. et Schreb. Orelia Aubl.

Linnaeus Fil. in Suppl. p. 166 ſcribit: *Cur nomen mutavit Aublet? neſcio certe, tam multum meruit* Allamand *ac plures alii peregrinatores, quorum nomina con-*

*ſervant plantae; hoc teſtantur illius nova genera, quae in manuſcripto Bibliotheca mea conſervat.* FRID. ALLAMANDI Genera nova eorumque ſpecies in Novis Act. Nat. Cur. To. IV. p. 93.

13) *Allionia* Loefl. et Linn.

CAROLUS ALLIONI, Prof. Bot. Taurin., ſtirpium Pedemont. Specimen 755, ſtirp. Nicaeenſes 757. Hort. Taurin. Flora Pedemont. 785. Syſtema Eius recenſ. in Botan. Magaz. Vol. I. p. 25.

14) *Alpinia* Linn. Alpina Plum. ad Amomum genus referri debere, docuit Rottboel.

PROSPER ALPINUS, Prof. Bot. Patav. Aegyptiam petiit 1580, mort. 1616, antea ſurdus factus. Plantae Aegypti 1591. ALPINIUS ALPINUS Filius, Prof. Bot. Patav., de Plantis exotici libr. Patris edidit 1627.

15) *Alſtonia* Mutis et Linn. ad Symplocos refertur ab Heretier.

— Scop. Introd. et Neck. Pacouria Aubl. ad Willughbejam refertur a Schrebero

CAROLVS ALSTON, Prof. Edinb. Tirocin. bot. 753, de ſexu Plant. in Act. Edinb. Vol.

14) Cur Alpinam in Alpiniam commutaverit LINNE, ſuperius notatum fuit.

Vol. I. multa contra Linnaeum, Lectures on the Mat. med. curante Io. Hoppe 770.

16) *Alſtroemeria* Linn.

IONAS ALSTROEMER, Reg. Coll. Commerc. Conſ. Suec. Filius CLAUDIUS in Itinere per Hiſp. Ital. Gall. plantam deſcripſit, alias ab Eodem lectas inſeruit Linn. Filius Suppl. Claud. quoque edidit Finylliga för afweln 770. in quo multa de plantis hybridis.

17) *Althaea* Regis Oenei uxor.

18) *Amaſonia* Linn. et Schreb. Taligalea Aubl.

THOMAS AMASON, qui per Americam peregrinavit.

19) *Ambroſinia* Baſſ. et Linn.

HYACINTHUS AMBROSINUS, Prof. Bot. Bonon., Hortus ſtudioſorum 1657. Phytologia 666.

BARTHOLOMAEUS, Frater, Horti Bonon. Praef. de Capſico 1630.

20) *Ammannia* Houſt. et Linn.

PAUL AMMAN, Vratislav. Prof. Med. Lipſ. Suppellex Botanica 1675. Character Plant.

 676,

18) *Amſonia*, quae a WALTHERO in Flora et GMELINO Syſt. p. 439 adducitur, an diverſa, an eadem ſit, neſcimus.

20) IOHANNES non eſt filius PAULI, ut dicit LINNAEUS Diſſ. de Auctoribus Botanicis in Amoen. Vol. V. p. 276, ſed ex alia ſtirpe natus.

676, et cum notis Nebelii 700. Hortus Boſianus 686. IOHANNES AMMAN, Prof. Bot. Petrop., ſtirpes Rutheniae 1739.

21) *Andraea* Ehr. Beytr. et Neck. ad Iungermanniam reduxit Schreber.

I. G. R. ANDREAE, Pharmacop. Hannover., *Briefe über die Schweiz.* 1763.

22) *Anguillaria* Gaertn. et Schreb. Ardiſia Swarz Fl. Ind. Occid.

ALOYSIUS ANGUILLARA, Bot. Prof. Patav. obiit Ferrariae 1570, de plantarum iudiciis lingua italica exaratis, a Morello in lucem editis Venet. 561, quae dein a Caſp. Bauhino latine reddita et illuſtrata Baſil. 583 recuſa. Conf. Seguierii Pl. Veron. Vol. I. praef. p. 8.

23) *Apuleja* Gaert. Agriphyllum Juſſ.

APULEJUS CELSUS, Siculus de re Ruſt. ſcripſit, ſed interiit opus. Vid. Hall. Bibl. Bot. I. 76. eſt et APULEJUS Geoponicus, cuius quaedam exſtant in Geoponicis vid. Hall. cit. p. 130, et LUCIUS APULEJUS, Madaurenſis, qui vixit Seculo XI, liber de Herbis. Haller p. 156, hunc quidem malunt nonnulli Apul. Celſo adſcribere, ſed iunioris ſcriptoris eſt. vid. Biblioth. noſtra Hiſt. Nat. Part. III. Vol. I. p. 549 ſq.

24) *Arduina* Adanſ. et Linn.

Peter Arduinus, Hort. Patav. Cuſtos, Animadverſ. bot. 759 et 64.

25) *Aretia* Hall. et Linn.

Bened. Aretius, Helvet., Theol. graecae linguae Prof. Bernenſ., a Gesnero, coaetaneo, laudatus. Stockhorni deſcriptio 1561. vid. Bibl. noſtra Part. I. Vol. I. p. 548.

26) *Ariſtotelia* Heret. et Schreb.

— Loureiro diſtinctum a priori genus.

— Adanſ. Othonna Linn.

Proſtant Eius Libri duo de Plantis, certe ſpurii. Conſ. Halleri Bibl. B. I. 29. et Bibl. noſtra Part. III. Vol. I. p. 89.

27) *Artedia* Linn. Dauci Spec. Cranz.

Peter Artedus, Suec. Med. Stud. 735 mort., Methodi umbellatarum ex calice inventor, quam Linnaeus perfecit.

28) *Artemiſia* Tourn.

Artemisia Mauſoli Regis coniux, vel Lygdamidis filia.

29) *Aſcania* Cranz. Patagonula Linn.

Peter Ascanius, Danus, Prof. Icones rerum natural. ou figures enluminées d'hiſt. nat. 767.



29) Cranzius Inſtitt. To. II. p. 313. ſcribit: *Patagonica et Patagonula mala ſunt nomina, hinc plantam Aſcaniam inſcribo,* prius tamen nomen retinuit Schreber.

30) *Aſclepias.*

Asclepiadis nomen multi medici geſſerunt; inprimis *Areus Aſclepiades*, Auctor libri de propriis medicamentis. Conf. Hall. Bibl. I. 105. an potius ſubintelligendus Aesculapius, Medicinae fundator.

31) *Aſſonia* Cavan. et Schreb., qui etiam Dombeyam Cavan. adpoſuit. Commersonius dixerat Koenigiam.

D. Ignat. de Asso Hiſpan. Auctor Syn. ſtirp. Arragoniae 779.

32) *Athamanta* Linn.

Athamantis inventum. Ita Linn. Crit. p. 76.

33) *Athenaea* Schreb., Iroucana Aubl. notante Schrebero commode ad Caſeariam reducenda. *Moelleria* Scop.

— Adanſ. forte Ethaliue Spec., vel Struchium Brown.

Athenaeus, Naucratita, Grammaticus, floruit A. C. 155. Δειπνοσοφιςον Libr. XV. graece et latine 1514 et ſaepius, quo et botanicus elegantior carere non poteſt, monente Hallero Methodo ſtud. p. 52. Conf. et Hall. Bibl. I. 122. Plures Veterum locos conſervavit, eum in finem, ut ſcriptorum Veterum placita notiora maneant.

34)

34) *Averrhoa* Linn. et Schreb.

Averrhoes, Cordubae natus, Sec. XI vel XII ſloruit; Eius proſtat Colliget. Conf. Hall. Bibl. I. 197.

35) *Avicennia* Jacq. et Linn.

Avicenna in Perſia natus an. 981. Canon Eius exponit Simplicia.

36) *Aubletia* Gaertn. Sonneratia Linn. Fil. et Schreb.

— Loureiro, diverſum genus, hinc alio nomine inſigniendum.

— Neck. quaed. Ruelliae Spec.

— Schreb. Apeiba Aubl. et Sloanea Loefl. Aubletiam etiam ad Verbenam et Buchneram Canad. Linnaeus retulerat. Vid. Edit. XIII. p. 478.

Fusée Aublet, Hiſt. des plantes de la Gujane francoiſe 1775. Vol. 4. icon. 392. multa nova conſtituit genera, ab aliis quoque aliis nominibus notata. Conf. Beckmanni Oek. phyſ. Bibl. Vol. V. p. 16.

37) *Aureliana* Laſit. Panax Linn.

Aurelianensis Dux, Botanicorum Maecenas.

38) *Ayenia* Linn.

D'Ayen, Dux Galliae, Pariſiis totius fere orbis plantas in horto ſuo aluit. A Medico

Malvenſam: dicitur Dayenia et ſeparavit ab Ayenia. Sunt ne vere diverſi viri?

39) *Aytonia* Thunb. et Linn.

— Forſt. Algae Spec.

Ioh. Ayton, Inſpector Hort. Bot. Kewenſis in Britannia et Auctor Horti Kewenſis. An cum William no. 7. idem?

40) *Baeckea* Linn.

Abrah. Baeck Eques de ſtella polari, Colleg. med. Praef., Eius hortum ſiccum et in eo hanc plantam van Linné accepit.

41) *Baldingeria* Neck. quaed. Coluteae Spec.

Ernest. Godofr. Baldinger, quondam Bot. Prof. Ienenſ., nunc Princ. Landgrafio Haſſo Caſſelenſ. a Conſil. intimis et Prof. Marburg., Ueber das Studium der Botanick, 770. Index horti Ienenſ. 773. Medic. Magaz. Journal et alia.

42) *Baltimora* Linn. et Schreb.

Lord F. Baltimore. A Tour of the Eaſt. germ. Reiſe durch den Orient 768.

43)

42) Itinerarium Eius nil continet, quod ad Hiſt. nat. ſpectat. Hinc ſcripſit Scopoli Introd. in Hiſt. nat. p. 134. *non ideo dicabit Botanicus plantam Maecenati, quia regio munere eum ditavit.* Baltimora forte a Scopoli Nieburnia dicta.

43) *Banckſia* Forſt. et Linn.

— Koenig. Planera Linn.

— Specioſa Koen. refertur ad Coſtum in Swarzii Fl. Ind. occid.

IOSEPH. BANCKS, Angliae Baronet, Soc. Reg. Lond. Praeſ., propriis ſumptibus iter ſuſcepit in mare pacificum ab an. 1768—71. Hiſt. nat. multis modis illuſtravit. vid. SWARZII Nova plant. genera Praef. p. 7 ſq. edidit quoque Reliquias Houſtonianas cum Tab. 26.

44) *Baniſteria* Linn. et Schreb.

IOH. BANNISTER, Anglus, Plantas in Virginia lectas in Angliam miſit, inſertas Raji Hiſt. Plant. p. 1926.

45) *Barberina* Heiſt. Lobeliae Spec. Linn.

FRANC. BARBERINUS, Cardinalis, rei herbariae Promotor, a quo Florem Cardinalem dixerat COLUMNA.

46) *Baretia* Commerſ. Quiviſia Cavan.

In memoriam illius foeminae, quae orbem peragrandi cupidine flagrans virili habitu ſe ſiſtit, cum navis e portu ſolveretur et ipſum Commerſonium ſe famulaturam promiſit. vid. Bot. Annal. I. 38.

47) *Barkhauſia* Moench. Crepis alpina Linn.

Addit MOENCH in honorem BARKHAUSII, Auct. Florae Lipſienſ., quod certe falſum

263) *Firenſia* Scop. Intr. Cordia flaveſc. Aubl.

Pierre Firens Theatrum Florae 632.

264) *Flacourtia* Smith. et Schreb. Alamotru Madaraſcarienſium.

Stephan. Flacourt, Aurelianenſ. in Ma-

Madaſcaria Praefectus, qui 1661 Hiſt. de Madagaſcar edidit, inter 151 ſpecies adductas multae ſunt aut novae, aut non ſatis cognitae. Conf. Hall. Bibl. I. 496, et Juſſieu Gen. p. 323.

265) *Floyeria* Neck.

Ioh. Floyer Pharmacobaſanus 687.

266) *Fontaneſia* in Billardiere ſtirp. Syriae.

In honorem Amici Desfontaines, Acad. Pariſ. Soc., Cours de Botanique elem. vid. Bot. Annal. XVI. p. 27 et 100. Cavanilles iam antea genus aliud eo nomine inſignivit.

267) *Forgerouxa* Neck. Rhamni Spec. Linn.

Fougeroux de Fungo, forte et aliis in Mem. de l'Acad. a Paris 767.

268) *Forgeſia* Commerſ.

A Desforges Inſulae Borboniae Gubernatore, Commerſoniani Laboris Fautore. Iussieu p. 183.

269) *Forskaehlea* Linn. et Gaertn.

Peter Forskaehl, Suecus, Phil. Mag. Prof. Hafn., impenſis Regis Daniae in Arabiam felicem miſſus, 1763 peſte mortuus; plantae inventor. Proſtat Eius Flora Aegyptiaco-arabica a Niebuhro 1775 edita.

270)

270) *Forſtera* Linn. et Schreb.

— Forſteria Scop. Introd. quam Breyniam dixerunt FORSTERI, SCOPOLI vero Inventorum nomen ei impoſuit, aliudque genus Breyniam appellavit.

Io. REICH. FORSTER, tandem Prof. Halenſ. et Filius GEORGIUS, Conſil. et Biblioth. Mogunt.; Voyage round the World 777, germ. 780. vid. de hoc et aliis itineribus Bibl. noſtra Vol. Part. I. p. 483 ſq. Generum plantarum, quas in Inſ. Maris auſtralis collegerunt, deſcripſerunt, et delinearunt 776, Tab. aen. 78 germ. 779, multa ſunt nova genera. Vom Brodtbaum 784. Flora auſtralis 786 et alia.

271) *Foſſelina* Allion. Fl. Ped. et Neck., unde dicta non notavit Allionius.

272) *Fothergilla* Linn. et Schreb.

— Aubl. Melaſtoma Linn. Leoniceria Neck.

IOH. FOTHERGILL, Angl. Hiſt. nat. Cultor, qui animalia et plantas LINNAEO communicavit.

273) *Fracaſtora* Adanſ. Sideritidis Spec. Linn.

HIERON. FRACASTORIUS, Veronenſ. edidit libr. Siphilis 536 et ſaepius, in quo Guajacum inprimis deſcripſit.

274) *Franca* Mich. et *Frankenia* Linn. unum conſtituunt genus.

Io. Seb. Franchi, Med. Florent. Acad. Bot. Florent. Socius. Ioh. Frankenius, Prof. Bot. Upſal. Speculum botanicum 638.

275) *Franklina* Marſh. Stewartia Linn.

— alata Marſh. refertur ab Heretier ad Gordoniam.

D. Benjamin Franklin, Magnus ille ſcientiarum Promotor, Electricitate inprimis clarus, Philadelphiae mortuus.

276) *Froelichia* Moench.

Ioseph. Aloys. Froelich Differentiam ſpecificam Sonchi auſtral. et canad. declaravit. vid. Bot. Annal. Part. I. p. 24. Froelichium nominavit frequenter Schrank in Fl. Salisburg. an idem?

277) *Fuchſia* Plum. et Linn. eſt etiam Skinnera Forſt. et Dorvallia Commerſ. vid. Jussieu p. 355.

Leonhard. Fuchsius, Prof. Med. Tubing. Errata medicorum 530. Stirpium hiſtoria 542. vid. Hall. Bibl. I. 268.

278)

274) Sunt Synonyma, a diverſis autem Viris deſumpta, et cum Prioris merita non notaverit Michelli, bene, Eodem excluſo, Frankenius ſubſtitutus fuit, inprimis cum magna ſit inter utrumque nomen analogia.

278) *Fuirena* Rottb. et Linn.

Georg. Fuiren, Danus, Regio juſſu plantas Danicas conquiſivit. Catal. harum plant. 661. Plantae itineris Gothici, Bleckingenſis et Norvegici apud Bartholinum in Ciſta medica ed. 662.

279) *Gaertnera* Schreb. Hiptage Gaertn. — Neck. Gentianae Species.

Ioseph Gaertner, M. D. Acad. Petrop. et Soc. Lond. Soc. de Fructibus et Seminibus Plant. Cent. X. tab. aen. 180, ed. 788. Fragmentum Diſquiſitionis meth. plant. et Adumbrat. plant. in Roemeri Neuen Magaz. Vol. I. p. 35 et 139.

280) *Gagnebina* Neck. Mimoſae Spec.

Peter Gagnebin, egregius ſtirpium Collector, cui plurima loca natalia rariorum Helveticarum debemus, ſcripſit Haller Pl. et Hort. Goett. p. LX. Gagnebin an idem? communicavit Alſaticas plantas Buchodzio. vid. Eius Dictionnaire. Abraham Gagnebin in Actis Helvet. Vol. I. deſcri-

279) Retzius Faſc. VI. p. 15 ſcripſit: *Gaertneram ante hac alio, ſcil.* Smithii *nomine nuncupavi, poſtquam autem* du Vahl *nomen alii plantae ex Diadelphiar. claſſe datum eſſe, mihi certiorem fecerit, Smithiam vero meam, iam ab alio Gaertnerae nomine dici, id correxi.*

ſcriptio Betulae et Vol. II. Animadv. in Syſt. botan.

281) *Gahnia* Forſt. et Schreb.

Dicta ab Henr. Gahnio, qui Diſſ. Agroſtographiae Fundamenta duce Linnaeo ventilavit. vid. Amoen. Acad. Vol. VII.

282) *Gakenia* Heiſt. Cheiranthi Spec.

Alex. Christ. Gakenholz, M. D. et Prof. Helmſt. Vegetabilium praeſtantia.

283) *Galenia* Linn. et Schreb.

Claudius Galenus, Pergamen. natus ante Chriſt. 133. Simplicia et alia. vid. Hall. Bibl. I. p. 151.

284) *Galvezia* Dombey.

Dicta a D. Galvez, in Hiſpania Indiarum Adminiſtratore.

285) *Garciana* Lour.

In

282) Inter Promotores iuſte poſtulabit locum, non ſolum enim ſuum domeſticum hortum ad uſum publicum, aedesque ſuas Botanices Profeſſori habitandas, ſed et pro conſervatione horti, nunc Academici facti, 1000 Imperiales legavit. vid. Baier in Progr. de Hortis p. 7. Linnaeus quoque inter Promotores Crit. p. 77 Eundem poſuit; Eius vero beneficia non remuneravit

285) Scripſit Loureiro p. 19: *Scio Linnaeum in Horto Cliff. iam antea dicaſſe Garciae ſimul et Garcino, arborem Garciniam, quae tamen Iſtius nomen potius, quam Illius repraeſentat, ut itaque unicuique ſuus hos*



*nos*

In Mem. Primarii Aromatum Scriptoris; Garciae ab Horto, Luſitan. Reg. Med. Colloquios des Simples etc. 563, lat. tit. Aromatum apud Indos naſcent. hiſtoria 567 et ſaepius.

286) *Garcinia* Linn. et Schreb.

Laurent. Garcin, Soc. Lond. Soc. Peregrinator, controverſia cum Pigreo in Bibl. francoiſe, plantae inventor. vid. Hall. Bibl. II. 223.

287) *Gardenia* Thunb. et Linn.

Alexand. Garden, M. D. Charleſtonenſ. qui plantam deſcripſit.

288) *Garidella* Tourn. et Linn.

Pet. Garidel, Medicus Aixenſis, Hiſt. Plantar. 715.

289) *Gaſtonia* Commerſ. Nomen Borbonenſibus

*nos nomenque maneat, non aequivocum, ſed integrum; Garciniam totam* Garcino, *Garcianam integram* Garciae *ſervamus.*

288) Ante praeſtita praeſtanda Auctori dedicaverat Plantam Tourneeort, eum autem honorem bene ſequenti tempore promeruit. Haec vero praecox nimis aeſtimatio in futuri temporis atque laboris ſpem facta denominatio non debet imitari. Praemiis enim ante laborem acquiſitis nulla quandoque dederunt induſtriae ſpecimina. Et ſi nomina ab eiusmodi Viris mutuata poſtea reiiciuntur, ſynonyma praeter neceſſitatem augentur.

bus vernaculum bois d'epongè a cortice arboris ſpongioſo.

Dicta a Gastone Principe, Ludovici XIII. Fratre, Botanices et Morisoni Patrono, Horti Bleſſenſis conditore. vid. Juſſieu p. 242.

290) *Gattenhoſia*, Medic. in Act. Palat. Vol. VI. Iridis Spec.

G. M. Gattenhof, Prof. Med. Heidelb. ſtirpes agri et horti Heidelberg. 782.

291) *Gaultheria* Kalm. et Linn. Gualtiera Hill.

Gaulthier, Medicus Canadenſ., Botanicus teſte Kalmio.

292) *Gemmingia* Heiſt. Ixiae Spec. Linn.

Io. Conr. a Gemmingen, Epiſcopus, Eyſtetti hortum inſtruxit, et ſumptus ad eundem deſcribendum dedit. vid. Besleria no. 73.

293) *Gentiana* Tourn. et Linn.

Gentius, Illyriae Princeps, plantae dicitur inventor. vid. Plinius L. XXV. c. 34.

294) *Geoffraea* Jacq. et Schreb.

Stephan. Franc. Geoffroy, Acad Pariſ. Soc. obiit 731. Materia med. latine ed. 1741.

295) *Georgia* Ehrh. Tetraphis Hedw. et Schreb.

A Georgio, Britann. Rege, vid. quae de eiusmodi nominibus monuimus no. 147.

296) *Gerardia* Plum. et Linn.

Ioh. Gerardus, Chirurg. Londin. Catalogus plant. Horti 596, Herball. 597. Ludovicus Gerard, M. D. Flora Gallo-Provincialis 761.

297) *Gerbera* Linn.

— Gerberia Scop. Intr. et Neck. Quaraibea Aubl. Myrodia Schwarz et Schreb. Gerberiam ex Stelleri Manuſcripto notavit Linné in Suppl. p. 278 et ad Bartſiam reduxit.

Trau-

296) Alienis plumis ſe ornavit, quaeque Priestus ex Dodonaeo et aliis collegerat et in Anglicam transtulerat, Eo mortuo, ſua fecit iconesque ex Tabern. et Lobel. plerumque ſumſit; hinc alter recentior Ludovicus debet ſubſtitui.

297) Nomen generi dederat Linnaeus, mutavit poſtea et Arnicam appellavit, conſervavimus autem illud in Defin. Plant. Ludwig no. 461 Etenim cur huius Viri nomen latere debeat, ignoramus; et ſi datur Stellera et Meſſerſchmidia cur non et Gerbera, immo addimus, laborum et itinerum ſocios Ioh. Godofr. Heinzelmannum et Gottl. Schoberum, quorum etiam memoria non erit interitura. Prior enim, an maior Hiſtoriographus, quam Botanicus fuerit, dictu difficillimum eſſe, Eiusque Floram Tartarico - Orenburgenſem et Saramenſem in Manuſcripto ſupereſſe; Schoberum vero vegetabilia circa Metropolin Moſcuam creſcentia collegiſſe, in Amoenit. Linn. Vol. VII. p. 448 legimus. Meſſer-

Traugott Gerber, Germanus, in Ruſſia, inprimis circa Wolgam plantas legit, laudat Eundem Gmelin.

298) *Geſnera* Plum. et Linn.

Conrad Gesner, Helvet. Prof. Tigurin. Enchiridion plant. 541. Epiſtolae 577. Opera botanica 753. Herbarum faſciculi 759 per Schmidelium edit. Conf. Bibl. Bot. I. 282.

Iohannes Gesnerus, Canon. et Prof. Tigur. Diſſ. de Vegetabilibus 740. Phytographia ſacra 759 — 68. Tabulae Phytograph. cum Comment. Schinzii 795 et alia.

299) *Geuntia* Neck. Samydae Spec. Linn.

Stephan. Ioh. Geuns, Prof. Med. Harderov. Autor Spicilegii Plantar. Belgii confoederati indigenarum 789. Annotatt. in Syſtema Linnaei. Botan. Annal. Part. IV. p. 20.

300) *Giliberta* Cavan. Quiviſia Cavan. vid. Gmel. Syſt. 682.

Io. Eman. Gilibert, in Univ. Vilnenſi Bot. Prof. Syſtema Plant. Europae, nec non Florae tres novae, Lugdunaea, Delphinalis

 et

ſerſchmidiam cum Tournefortia per breve tempus coniunctam iterum bene reſtituit in Mantiſſa Linnaeus namque Ruthenici Imperii plantas deſcripſit, Eiusque Obſervatt. plures Operi ſuo Ammanni s inſeruit. vid. Eius Plantae Ruthenicae Praef. p. 2.

et Lithuanica To. IV. 785. Exercitia phytologica, in quibus Europae plantae analyſi nova proponuntur 792. Chloris Lugdunenſis, quem LATOURETTE 785 edidit, certo modo etiam ad GILIBERTUM pertinet. Flora Lithuanica recuſa in USTERI Delectu Opuſcul. Vol. II. 246.

301) *Ginnania* Scop. Neck. Schreb. Palove Aubl.

FRANC. GINANNI delle malattie del grano in erba 759. Produzioni natur. in Ravena 762. c. plant. icon.

302) *Ginoria* Scop. et Schreb.

In Mem. Ill. MARCHIONIS CAROLI GINORI in Hetruria Liburn. pro Caeſare Gubernatoris, maximis impenſis Florentiae hortum adornavit, quem indies auxit Filius MARCHIO LAURENT. GINORI. vid. Jacquini Hiſt. ſtirp. American. p. 249.

303) *Girtanneria* Neck. Rhamni Spec. Linn.

D. GIRTANNER Verſuche über die Reizbarkeit organiſcher Weſen. Soc. Edinburg. communicata. vid. Botan. Magaz. Part. XI. p. 186.

304) *Giſekia* Linn. et Schreb. Koelreutera Murray.

PAUL DIETRICH GIESEKE, Med. et Prof. Phyſ.

Phyſ. Hamburg. Syſtemata plant. recentiora 767. Index in Pluknetii Opera 779. Icones plant. quas Ipſe et I. D. Schulze edid. Faſc. I. 777. vid. et Fabricia.

305) *Gleditſchia* Linn. et Schreb.

— Clayt. Acacia Catesb. Tab. 43.

Io. Gottlieb Gleditschius, Lipſ. Prof. Bot. Berol. et Horti Praeſ. Epicriſis Siegesbeckiana 740. Fungorum methodus 753. Syſtema plant. 764 et alia. Conf. Hall. Bibl. II. 293.

306) *Gleichenia* Neck. Polypod. Spec.

— Batſch Zanonia Linn.

— Schmidt Filic. in Roemeri Bot. Archiv II. 57. Onoclea polypodioides Linn.

Wilhelm Fridr. de Gleichen dictus *Ruſsworm*, Neueſtes aus dem Reiche der Pflanzen 764, gallice Decouv. nouvelles etc. 770. Microſc. Unterſuch. der Zeugungstheile der Pflanzen 790.

307) *Gmelina* Linn. et Gaertn. Michelia Amman.

Io. Georg. Gmelin, Prof. Hiſt. nat. Petrop. dein Prof. Bot. Tubing. Sibiriam per 10 annos peragravit. Reiſe durch Sibirien 751. Flora Sibirica 747. De novo Vegetabil. exortu 749.

Frater Eius Phil. Fridr. Otia botanica 760, eſt paraphraſis ad Royeni methodum.

Io. Frider. Gmelin, Syſtema Naturae Linn. To. I. 788 ſqq. Stirpes agri Tubingenſ. 772. Onomatologiae botan. 772 ſqq. praecipuus Autor, von giftigen Gewächſen 775, vom Unkraute 779.

Samuel Georg (potius Gottlieb), mortuus in carcere apud Chaitakken 1774. Reiſe durch Rusſland 1770—89.

Sam. Gottl. Gmelin, Prof. Bot. Petrop. Hiſtoria Fucorum 768.

308) *Gloxinia* Heret. Martynia perennis.

Benj. Peter Gloxin, Phyſic. Colmarienſ. Obſervatt. botan. 1785.

309) *Gomezia* Mutis in MSc. de hac ſcribit Smith Faſc. II. nomen a Linnaeo datum in Suppl. Gomezia vix mutaſſem, niſi, quod abſonum et erroneum ſtare nequit, et de Gomezia Mutis, cum nil de ratione huius nominis memoret, neque Botanicus ullus huius nominis occurrat; hinc dixit genus Nerteriam a voce Νέρτερος.

310) *Goodenia* Smith in Tranſ. of Linn. Soc.

Samuel Goodenough, qui de Caricibus ſcripſit in Tranſact. Vol. II. no. 16.

311)

311) *Gordonia* Linn. et Cavan. Franklinia Marſh.

Alexander Gordon, Plantam, Ginkgo-bilobam dictam, vivam dedit Linn. vid. Mantiſſa altera. Gordon et Milne edid. Indigenous Botany Vol. I. 793.

312) *Gorteria* Linn. et Schreb.

David de Gorter, Prof. Med. Harderov. Imperat. Ruthen. Archiater, Flora Gelro-Zutphan. 745. Elem. botan. 749. Flora Ingrica 761. Flora belgica 767.

313) *Gouana* Jacq. et Linn.

Anton Gouan, Bot. Prof. Monſpel. Hort. Monſpel. 762. Flora Monſpel. 765. Obſervatt. botan. 773. Explicat. du Syſt. botan. du Linné 787. Conf. Botan. Magaz. Part. VI. p. 129.

314) *Grangeria* Commerſ.

Granger, Peregrinator, Relat. du Voy. d'Egypte 745, qui plurimis ex Iudaea et Aegypto miſſis ſeminibus hortum Pariſ. 1733—36 ditavit. vid. Juſſieu p. 376.

315) *Greenwaya* Linn. Suppl. Amomum Scyphifer Koenig.

Greenway, M. D. in Virginia, miſit Virgin. exſiccatas plantas circiter 400 ad Linnaeum.

316) *Grewia* Linn. et Schreb. Mallococca Forſt.
NEHEMIAS GREW, Soc. Lond. Soc. Anatomy of vegetables 672. Anatomy of plants 682.

317) *Grimmia* Ehrh. et Hedw. eam cum Weiſſia Hedw. coniunxit SCHREBER, Grimmiae conſervato nomine.
Io. FRIDR. CAR. GRIMM, Archiater Gothanus, edidit Floram Iſenacenſem inſertam Novis Actis Nat. Cur. To. III—V.

318) *Griſelinia* Scop. et Neck. Moutouhi Aubl.
FRANC. GRISELINI, Venetus, ſur la Scolopendre marine et Bouillouviana 750.

319) *Grislea* Linn. et Schreb.

GA-

317) SCHRANK Fl. Salisb. p. 222 ſcribit: *Orthotricham* (GRIMMII Megapolit.) *a Grimmia differt proceſſulis quibusdam fimbriatis etc. cum autem hi facillime praetervideantur etc utrumque genus ſub Grimmiae nomine reliquimus,* (Ehrh et Schreb. ſub Weiſſia) ratio, in methodis nimis micrologice procedi, non oportere.

319) Si quis unquam non ex meritis, ſed ſola gratia, plantam ſacratam obtinuit, certe erit GRISLEY, quem mirum et aegre latinum hominem dixit HALLER, Eiusque librum, cum Synonyma ubique deficiant, nec additae ſint deſcriptiones, nullius uſus eſſe aſſeruit. Vid. Method. p. 194 et 1041. Ipſe quoque van LINNÉ in Praeſ. ad LOEFLINGII Itinerarium Eundem minus honeſto titulo commemoravit, dum ſcripſit der aufgeblaſene Grisley.

Gabriel Grisley, Luſitanus, Chirurgus, Viridarium Luſitanicum 661.

320) *Gronovia* Linn. et Schreb.

Ioh. Frider. Gronovius, Med. D. Conſul Leidenſ. Flora Virginica 739 et bis deinde, Rauwolfii Fl. Orient. edidit.

321) *Grubbia* Berg. et Schreb.

Michael Grube, Soc. Ind. Orient. Director, ex Cap. Bonae Spei redux plantas, a Bergio deſcriptas, Capenſes attulit Eique dono dedit.

322) *Güldenſtädtia* Neck. Axyridis Spec. L.

Io. Anton Güldenstaedt, Med. D. Prof. Hiſt. Petrop. Peregrinator Ruſſiae, Reiſe durch Rufsl. 787. Comment. etiam aliquas Pallasio tradidit. Conſtituit quoque Kraſcheninnikowae genus.

323) *Guettarda* Linn. et Schreb.

— Haleſia Brown.

— Manetti Lithoſpermi Spec.

— Speciem ad Iſertiam retulit Schreb.

Io. Steph. Guettard, Acad Pariſ. Soc. Obſervatt. ſur les plantes 747. Comment. de glandulis Plant. in Acad. Pariſ. et alia.

*Guidonia* Plum. Samyda Linn. vid. Fagonia.

324)

324) *Guilandina* Linn. et Schreb. Bonduc Plum.

— Moringa Linn. Spec. Plant. nunc eſt Moringa Schreb.

Michael Guilandinus, Boruſſus. Prof. Bot. Patav. Hortus Patav. 557 de ſtirpibus epiſtolae 558, de Papyro 572.

325) *Gundelia* Tourn. et Linn. Hacub. Vaill.

Andreas Gundelscheimer, Tournefortii Itinerum Comes.

326) *Gunnera* Linn. et Schreb.

Ioh. Ernest. Gunnerus, D. et Epiſc. Norweg. Soc. Nidroſienſis Fundator, Flora Norweg. To. II. 766. Nicol. Dorph. Gunner de uſu plant. indigenar. in arte tinctoria 773. Tract. de divitiis Florae Dano-Norwegicae 774.

327) *Guſtavia* Linn. et Schreb. Pingara Aubl.

Gustavus III. Rex Sueciae, Qui Linnaeo Patri Collectiones plantarum Indicar. dono dedit.

328) *Hackea* Schrad. in Serto Hannov.

In hon. Lib. Bar. Christiani Ludov. Hacke, Regi Brit. a Conſil.

329) *Hacqueſia* Neck. Aſtrantiae Spec. Linn.

Balth. Hacquet, M. D. Plantae alpinae Carniolicae 782. c. f. Mineral. Botaniſche

ſche Reiſen nach Krain und Tyrol 785. Reiſe nach Dacien, Sarmatien 790.

330) *Haenkaea* Schmidt Selt. Pflanz.

— Batſch Curtiſia Schreb., adduxit enim duo genera Curtiſiae nomine.

Thaddaeus Haencke, Bohemus, Itinerarius, Hiſt. nat. Cultor, proſtat: Irasecks et Haenkens Reiſe nach dem Rieſengebirge 791. vid. Botan. Annalen I. 38.

331) *Hagenia* Gmel. Syſt.

— Moench. Saponaria porrigens Linn.

Car. Godofr. Hagen, Prof. Regiomont. Tentamen hiſtoriae Lichenum 782.

332) *Hahnia* Medic. Crataegi et Sorbi Spec. Linn.

Ioh. David Hahn, Prof. Ultraj. de uſu Venenorum medico 773 et alia.

333) *Halenia* Borkhauſ. Swertia cornicul. L.

Ionas Halen, qui inter plures Kamtſchadenſes plantas hanc quoque deſcripſit. vid. Linn. Amoen. Vol. II. p. 344. Römeri Botan. Archiv. Part. I. p. 25.

334) *Haleſia* Elliſ. et Schreb.

— Brown. Guettarda Linn. et Schreb.

Stephen Hales, Theol. D. Soc. Lond. Soc. Statica vegetabilis anglice, latine, gallice, italice, germ. vid. Hall. Bibl. II. 204.

335) *Halleria* Linn. et Schreb.

Albertus de Haller, Acad. Goett. Prof. etc. in Helvetia mortuus. Iter alpinum 735. Sirpes Helvetiae 742, et dein auctae tit. Hiſt. ſtirp. Helvet. Hortus Goetting. 753 et alia. vid. Eius Bibl. Bot. II. 237.

336) *Hambergera* Scop. Intr. et Neck. Cacoutia Aubl.

Geo. Erh. Hamberger, Prof. Ienenſ. de Controverſia cum Wedelio, occaſione Tentam. Botanici, quod Wedel. edidit, cf. Hall. Bibl. II. 371.

337) *Hamelia* Jacq. et Schreb.

*Duhamelia* Dombey Manglilla Iuſſ. p. 169.

Io. Bapt. du Hamel du Monceau, Soc. Lond. Socius, Inſpecteur de la Marine. Tr. des Arbres 755. Phyſique des arbres 758. Plantat. des arbres 760, des Bois 764. haec omnia quoque germanice ed. Conf. Hall. Bibl. II. 213.

338) *Happia* Neck. Tococa Aubl.

Andr. Fridr. Happe, Pictor, Botanica pharmaceutica ſ. Plantae officin. aere inciſae et illum. 785 ad 792 Faſc. 32. Plantae cryptogam. depictae.

339) *Harriſonia* Neck.

— Adanſ. Fontinalis Spec. Linn.

An

An Edm. Harrison de Opio 784. An Thomas Angl. bot.?

340) *Hartogia* Thunb. et Schreb.

— Linn. nunc Dioſma Schreb.

Io. Hartog, Med. Leid. Caput bonae ſpei perluſtravit, Catal. ibidem lectarum plant. exhibuit Burmann in Fl. Zeyl.

341) *Haſſelquiſtia* Linn. et Schreb.

Fridr. Hasselquist, M. D. Suec. obiit Smyrnae 752. Iter Palaeſtinum ſuecice 757, germanice per Linnaeum 762.

342) *Hebenſtreitia* Linn. et Schreb.

Io. Ernst Hebenstreit, Prof. Med. Lipſ. Africam peragravit. Definitiones Plantarum 731.

343) *Hedwigia* Swarz et Schreb.

— Medic. Commelina afric. Linn.

— Ehrh. et Rothii Bryi Spec. Linn.

Ioh. Hedwig, Bot. Prof. Lipſ. Fundamentum Hiſt. Muſcorum frondoſ. 782, tab. ill. 20. Stirpes Cryptogam. Faſc. I. 785. Be-

343) Hedwigiam appellavit Succoviam Batsch. Gen. nullamque eo nomine aliam aſſumſit. Loco Hedwigiae et Swarziae, quas Hedwig introduxerat, duo alia nomina ſubſtituit, nempe Anictangium et Cynotodium. vid. Raeuschelii nomenclator Plant. Praef. p. 7.

Beſchreib. und Abbild. neuer Laubmooſe I—IV. B. tab. aen. ill. 160, 787 ſqq. Theoria generat. cryptogam. 784. tab. ill. 34. Sammlung ſeiner zerſtreuten Beobachtungen. I. B. 793 et alia.

344) *Heinzia* Scop. Intr. Coumarouna Aubl. Dipteryx Schreb.

Io. George Heinzius, Phyſicus Schepenſtedenſ. plantas rariores circa Langenſalze collegit, notante Hallero. vid. Eius Plantae et Hort. Goett. p. LXI.

345) *Heiſteria* Jacq. et Linn.

— Linn. Gen. ed. pr. facta fuit Polygalae Spec.

— Sigesb. Phyſalid. Spec.

Lau-

345) Heisteri memoriam in plantis vigere debere, nemo negabit. Nimis certe durum videtur iudicium, quod de Eodem Linnaeus, occaſione Coffeae, tulit. Vid. Amoen. Vol. VI. p. 165. Neque tamen exiſtimamus, Linnaeum ideo Heisteri nomen e ſua quaſi ſede deturbaſſe, quia contra Eundem multa, ſaepe paulo acrius, ſcripſerit, uti quidem legimus in Götting. gel. Anz. 1764, p. 1204. Scil. die Heiſteria, welche Linné dieſem wackern Mann entzogen, nachdem Heister wider Ihn geſchrieben hatte, hat Fabricius reſtituirt. An recte reſtituta fuit? certe, Heiſteriam enim primo conditam cum Polygala non convenire, ſed diſtinctum genus eſſe, ex Bergii deſcriptione pateſcit. Vid. Plantae Capenſ. p. 185.

Laurent. Heister, Conſ. Arch. et Prof. Med. Helmſt. Hortus Helmſtad. 730 ſqq. Syſtema plantar. 748. Diſputt. multae. vid. Hall. Bibl. II. 176.

346) *Helenium* Vaill.

Helena. Regis Menelai Uxor, e cuius Lacrymis natum officinale, ad *Inulam* relatum, dicitur.

*Helenium* Linn. et Schreb. melius *Helenia* ab Gaertnéro dictum, fortaſſis memoriae Car. Nic. Hellenii, Aboenſ. Prof. qui multas Diſſ. botan. de Hippuride, Evonymo et ſ. p. edidit, et quarum quaed. recuſ. in Usteri Delectu Opuſcul. Vol. I. ſacratum fuit. Eſt et Hellenia alia, cuius quasdam ſpecies recenſuit Retzius in Faſc. VI. p. 18. Helenia Wilden eſt Heretiera Retz.

347) *Helvigia* Adanſ. Thamnia Brown.

Georg. Andr. Helwing, Angerburg. Eccleſ. Praepoſ., Flora Quaſimodogenita (Pruſſica) 712. Flora campana (Pulſatilla) 719.

348)

p. 185, et cum Heiſteria, a Jacquino aſſumpta, cum Lauro proxime conveniat, forſitan prior potius erit retinenda. Scopoli nullam habet Heiſteriam.

H

348) *Heracleum* Linn. et Schreb.

Heraclides, Hippocratis Pater.

349) *Heretiera* Aiton et Schreb.

— Retzii Helenia Wilden.

*Heriteria* Schrank Anthericum calycul. Linn. ad Scheuchzeriam relata in Rothii Fl. German.

Carol. Ludov. Heretier, Dom. de Brutelle in Aula Iavam. Pariſ. Conſil. Reg. Stirpes novae per Faſcic. ed. 1784, c. multis icon. Sertum anglicum 786, c. mult. icon. Cornus 788, tab. 6. recuſ. in Uſteri Delectu Opuſc. II. 141. vid. Linn. Ord. pl. natur. p. 202. Botan. Mag. VI. 58 et 87. et Annal. III. 112.

350) *Heriſſantia* Medic. Philoſ. Bot. I. 90. Sida criſpa Cavan.

An? Louis Ant. Prosper Herissant Jardin des curieux ou Catalogue des plantes 1771

351) *Hermannia* Tourn. et Linn.

Paul Hermannus, Saxon. Prof. Leid. Hortus Lugduno-Batavus 687. Paradiſ. Batavus 698.

352) *Hernandia* Plum. et Linn.

Francisc. Hernandez, Philippi II. Hiſpan. Regis Medic. Peregrinator, Mexicanar. Rer. Hiſtoria 648.

353)

353) *Hertelia* Neck. Hernandiae Spec. Linn.
An Io. Gottl. Hertel Diſp. de Plantar. Tranſpiratione 735.

354) *Heſiodia* Moench. Sideritis montana L.
In Mem. Hesiodi, qui primus de Agricultura ſcripſerat. vid. Hall. Bibl. I. p. 12.

355) *Heuchera* Linn. et Schreb.
Io. Henr. de Heucher, Archiater et Prof. Med. Witteb. Horti Witteb. Auctor, quem deſcripſit 1711 et 13.

356) *Hillia* Jacq. et Linn.
— Boehm. Haleſia Ellis.
Iohn Hill, M. D. Acad. Burdegal. Soc. General natural Hiſtory 748. Hiſtory of Plants 751. Britiſh Herbal 756. Exotic Botany 759. Vegetable Syſtem. Tomi XXVI. 759 ſqq. ex hoc Beſchreibung der äuſſerl. Theile der Pflanzen 781. Flora Britannica 760 et alia. Hortum Malabaricum edere incepit 1774 et ſuis notis illuſtravit.

357) *Hippocratea* Linn. et Schreb. Coa Plum.
Hippocrates, Cous, Graecus, ante Chriſt. 453 vel 59 natus.

358) *Hiraea* Jacq. et Linn.
Nicol. de la Hire, Acad. Pariſ. Soc. Plantae ab Eodem pictae in Biblioth. Caeſarea et nonnulla in Acad. Reg. Pariſ.

359) *Hirſchfeldia* Moench. Sinapis incana L.

Christ. Cajus Laur. Hirschfeld, Prof. Kilon. Auctor faſtorum hortenſium, kleine Gartenbibliothek. Gartenkalender 782 ſqq. Theorie der Gartenkunſt 775—79 et alia.

360) *Hochenwartia* Cranz. Rhodora Linn.

Sigism. von Hochenwart et Ioseph Reiners botaniſche Reiſen 792.

361) *Hoefnagelia* Neck. Trigonia Aubl. et Schreb.

Pictor D. I. Hoefnagel Inſectorum icones 1630.

362) *Hoferia* Scop. Intr. Hokof. Kaemph.

An Franz Ios. Hofer, Abhandl. vom Coffee 781.

363) *Hoffmannia* Swarz et Schreb.

— Wilden. Lycopodium nudum Linn. vid. Botan. Magaz. Part. VI. p. 15.

— Heiſteri Dictamnus crit. Hall.

Plures fuerunt Hoffmanni, Viri Celeberrimi et in re botanica clari. Scil.

Caspar

363) Swarzius in Fl. Ind. occid. bene monuit, in memoriam Celeberrimi Nominis Hoffmanniani, rei herbariae huius et praeteriti aevi ornamento ſe nominaſſe Hoffmanniam.

Cyspar Hoffmannus, Medic. Prof. Altd. Medicamenta officinal. 1646, quem Virum eruditiſſimum appellavit Hall. Bibl. I. 424.

Mauritius, Prof. Bot. Altd Florilegium Altdorf. 660.

Io. Mauritius, Prof. Med. Altd. Hortus Altdorf. 703. Hunc praecipue laudavit Rajus in Obſervatt. Topograph. p. 112 ſq.

Atque ad hos certe reſpexit Heister, recentiores vero ſubintelligunt Ge. Franc. Hoffmannum, Prof. Erlang. nunc Prof. Bot. Goett. de vario Lichenum uſu 786, Cryptogam. 787. Lichenes 784. Hiſt. ſalicum 787. Nomencl. Fungor. 789. Plantae Lichenoſae 789. Hort. Goetting. 793 in fol. De Filicibus Botan. Mag. Part. IX. p. 3.

*Hombuldtia* vid. Humboldia.

364) *Holmſkioldia* Retzius.

Theodor Holmskiold edidit Coryphaei titulo Clavarias et Ramarias complectentes 790, inſerti quoque Botan. Annal. Part. XVII. p. 30. Conf. etiam Annal. XVI. p. 116.

365) *Honkenya* Erhart Arenaria peploid. L.
— Wilden. Bixae affinis planta.

Gerh. Aug. Honkeney, Rei agrariae

H 3 Prae-

Praefectus, Golmenſ. Syſtem. Verzeichniſs aller Gewächſe Deutſchlands Vol. I. 782. Synopſis plant. Germaniae, cura Wildenovii 792.

366) *Hoockia* Neck. Cnici Spec. Linn.

Robert Hoocke, Micrographia 667, etiam plantarum partes conſideravit.

367) *Hopea* Garden et Linn. reduxit ad Symplocos Heret.

D. Hope citatur in Syſt. edit. 12. Mantiſſa a Linnaeo. Forte fuit Ioh. Hope, Prof. Edinb. qui plantam Aſſae foetidae deſcripſit in Phil. Tranſ. Deſcriptio repetitur in Botan. Magaz. Part. I. 61. Scripſit etiam de Plantis ex Spongiarum claſſe.

Eſt quoque Germanus notandus Dav. Henr. Hoppe, qui edidit quotannis Botaniſches Taſchenbuch 1790 ſq. Ectypa Plant. Ratisbonenſ. 787 ſqq.

368) *Hornſtedtia*, ex Amomo Leonoro et Scyphyfero Koenigii genus conſtituit Retzius Obſervatt. Faſc. VI. p. 18.

Claudius Frider. Hornstedt, Ind. Orient. adiit ſumptibus Alstroemerii.

369) *Horſtia* Heiſt. Ceſtri Spec. Linn.

Iacob Horstius, Iglaviae Med. Herbarium Horſtianum 587 et 630. de Vite Vinifera 587.

371)

370) *Hottonia* Boerh. et Linn.

Peter Hotton, Proſ. Bot. Leid. Orat. de Re herbaria 695, recuſa in Uſteri Del. Opuſcul. I. no. 9.

371) *Hovenia* Thunb. et Linn. ſecundum Thunbergium.

In Mem. Ten. Hoven, Scabini et Commiſſarii Amſtel. cuius ſumptibus Iter inſtituit Thunb. Clarior eſt Guil. How Phytographia Britann. 650.

372) *Houſtonia* Gron. et Linn.

Will. Houston, Chirurg. Angl. in Itinere Americano plurima inveſtigavit, editae nunc 781 Reliquiae Houſtonianae, ſplendidum opus, rec. Lipſ.

373) *Houttuynia* Thunb. et Schreb.

— Neck. Callae Spec. Linn.

Houttuyn natuurlyke hiſt. der Dieren, Planten etc. 760—775, in quo Syſtema plant. Linn. belgice edidit, multis notis et iconibus exoticarum praecipue illuſtravit. Haec omnia quoque inſerta fuerunt edit. Germ. des Linn. Pflanzenreich, quam Panzerus 1777 ſq. edidit.

374) *Hudſonia* Linn. et Schreb.

Guil. Hudson, Pharmacop. Lond. Flora Anglica 762 et 778.

375) *Hugonia* Linn. et Gaertn.

Ioh. August de Hugo, Archiat. Brit. Soc. Lond. Soc. Plantas in Italia et Hercynia lectas, ſiccas Hallero dedit.

376) *Humboldia* Neck. (Hombultia Raeuſch. Nom.) Voyena Aubl. Lita Schreb. Aſperella hyſtrix. vid. Bot. Mag. Part. VII. 3. et IX. 32.

Fridr. Alex. von Humboldt, Aphor. aus der Chem. Phyſiologie der Pflanzen überſ. 794. Florae Friberg. Specimen 793. Ueber zweyfache Prolification der Cardamine Bot. Annal. III. 5. Plantae ſubterraneae ibd. p. 53.

377) *Hydraſtis* Elliſ. et Linn. Warneria Mill.

A Nobiliſſima Virgine Americana dicta.

378) *Jacquinia* Jacq. et Linn.

— Mutis Trilix Linn.

Nicol. Ios. Jacquin, Peregrinator, Prof. Bot. Vindob. Plantae Americanae 760 et 763. Flora Vindobonenſ. 762. Obſervatt. bot. 764. Hort. bot. Vindob. 770. Flora Auſtriaca 773. Miſcellanea 778. Anleitung zur Pflanzenkenntniſs 785. Icones plant. rariorum Faſc. XVI. 794.

379) *Iaegera* Linn. Amomum mont. Koenig.

Herbertus de Jaeger, Bataviae Medicinam exercuit circa ann. 1666. Multas plan-

plantas Indicas deſcripſit in Miſcell. Nat. Cur. et in VALENTINI India Literata edita cum Eius Muſeo.

*Ian-Raja* Plum. et Adanſ. eſt Rajania Linn.

380) *Ieſſerſonia* deſcripta in Tranſ. of Americ. Society Vol. III, et in his Actis nonnullas plantas deſcripſit THOM. IEFFERSON.

381) *Imhoſia* Heiſt. Amaryll. Spec. Linn.

Dicta ab IMHOFIO, Conſil. Brunſvicenſ., rei herbariae Promotore.

382) *Imperata* Cyrilli Plant. Neapol. Lagurus cylindr. Linn.

— Moench. Gypſophila ſaxifr. Linn.

FERRANDUS IMPERATI, Pharmac. Neapol. Hiſtoria naturalis 599 et 695.

383) *Incarvillea* Juſſ.

P. D. INCARVILLE, Ieſuita apud Chinenſes Apoſtolicus, Botanices peritus, miſit Herbarium ad JUSSIEU, in quo haec etiam planta inventa fuit. vid. Juſſ. Gen. p. 154.

384) *Iohnſonia* Mill. Burkhardia Heiſt. Callicarpa Linn.



382) Hiſtoriae natur. verum Auctorem fuiſſe NICOL. ANTON STELLIOLAM, pretio redemtum, ut nomen FERRANTIS praefigi permitteret. vid. Hall. Bibl. I. 393.

384) De Iohnſonio, Eiusque in R. Herb. meritis. Conf. Poulteney Geſchichte der Botanik p. 94 ſqq.

*Iohnſonia* Adanſ. Cedrela Brown.

— Neck. Lycia quaed. Linn.

Thomas Iohnson, Angl. Pharmacop. Deſcriptio Itineris inveſtigationis plantarum cauſa in Agrum Cantianum ſuſcepti 632. General hiſtory of plants 633 et alia. vid. Hall. Bibl. I. 449.

385) *Joncquetia* Linn. et Schreb. Tapirira Aubl.

Dionys. Joncquet, Hortus Pariſ. 659, horti proprii nimias divitias continet, ſed ſola fere nomina.

386) *Iraſeckia* Smith Selt. Pfl.

Wenzel Iraseck, Salisburg., quem hinc inde nominavit Schrank in Fl. Salisb. Eſt etiam Iohann Iraseck, cuius et Haenkens Reiſen nach dem Rieſengeb. 791.

387) *Iſnardia* Linn. et Schreb. Ludwigiae ſpeciem eſſe docuit Swarz obſ. botan. p. 51.

Anton Dantius d'Isnard, Acad. Pariſ. Soc. in Mem. de l'Acad. à Paris 716 ſq. nonnullas plantas deſcripſit.

388) *Iungermannia* Linn. et Schreb.

Ludovicus Iungermannus, Lipſienſ. Bot. Prof. Altd. Flora Altdorf. 615. Flora Giſſenſ. 623.

389) *Iunghanſia* Gmel. Syſt.

Phil.

Phil. Casp. Iunghans, Botanices Demonſtrator Halenſ. Icones plant. 787.

390) *Iungia* Linn. Fil. Schreb. et Juſſ. Trinacte Gaertn.

— Heiſt. Salviae Spec.

— Boehm. Dianthera Linn.

Iacob

390) Cel. Auctoris nomini et memoriae nullam ante Heisterum dicatam fuiſſe plantam, maxime miramur. Eundem non ſolum in plantis cognoſcendis determinandisque acutiſſimum dixit Hallerus in Opuſc. Botan. p. 189. ſed etiam de Eiusdem libris egregium, alt et veriſſimum, tulit Iudicium in Praef. ſtirp. Helvet. p. 22. *Habentur in Opinionibus phyſicis de plantis fragmenta ſatis luculenta, et paſſim leges ſancit Linnaeanis ſimillimas, ſtirpes ad genera naturalia revocat, et a conſuetis familiis ſeparat, ſuas etiam obſervationes interponit, ſaepe tamen ab iconibus deſumtas, plerumque a foliis. Iſagoge Phytoſc. vero ſummas laudes meruit, et poſt mortem accepit a rerum gnaris; incredibile eſt, quam profunde in minutias ſtaminum, tubarum, florumque introſpexit, quanta etiam perſpicuitate et ingenii methodica indole definitiones primus ſixerit.* Iussieu Eidem inter Botanicos primum conceſſit locum. vid. Inſtitt. Tournef. p. XXI, et Ipſe Linnaeus Eundem inter inſtitutores retulit, et ſui Ipſius quaſi praecurſorem fuiſſe, conceſſit. vid. Biblioth. Botan. p. 12, attamen nulla erat ad annum usque huius ſeculi quinquageſimum Iungia, neque exſtat in Generibus ab Ipſo Linnaeo editis. Ideoque cum Iungia Heiſt. ad Salviam pertineat, et Diantherae nomen minus aptum nobis viſum fuerit, idem in Iungiam commutavimus, non innovandi ſtudio, ſed

Iacob Iungius, Med. D. Gymnaſ. Hamb. Prof. Doxoſcopia 662. Phytoſcopia 678. Conf. Hall. Bibl. I. 493. et I. S. Albrechti Praef. Opuſculis Iungii 1747 edit. praemiſſa.

391) *Juſſiaea* Linn. et Gaertn.

Juſſievia Houſt. Rel. Iatrophae Spec. Linn.

Anton de Jussieu, Reg. Gall. Conſil. et Horti Regii Demonſtrator, Inſtitt. Tournef. 719 ed. et in Mem. Acad. Pariſ. 709 ſq. plantas deſcripſit. Conf. Hall. Bibl. II. 108.

Bernhard, Frater, Floram Pariſ. Tournef. auctam edidit.

Anton Laurentius, in Horto Reg. Pariſ. Bot. Prof. Genera plantar. ſecundum ordin. nat. diſpoſita 789, edita et aucta ab Usteri 791.

392) *Iuſticia* Linn. et Schreb. ab Auctore multa ſperaverat Linnaeus.

393) *Kaempferia* Linn. et Schreb.

— Houſt. Verbenae Spec. Linn.

En-

ſed ſola Iungii meritorum aeſtimatione. Tandem Linn. Filius novum genus Eiusdem memoriae ſacravit, quod et Schreberus aſſumſit, cur autem illud Trinacte dixerit Gaertner, ignoramus. Igitur adhuc dubium eſt, an Iungia in regno vegetabili conſtans manebit.

392) Cum vero ſpem, de ſe ſuſceptam nullo modo impleverit, et Botanicis ignotus manſerit, melius fuiſſet Tourn. vel Rivini nomen revocare.

Engelbert Kaempfer, German. Medic. Peregrinator, Amoenitt. exoticae 712. Iter Iaponic. 727, germ. edit. per Dohm 777. Icones ſelectae plant. quas in Iaponia collegit Kaempf. 791.

394) *Kalmia* Linn. et Schreb.

Peter Kalm, Prof. Aboenſ. Iter american. ſuec. 753, germ. 754. vid. et Linnaei nova genera 751, et Hall. Bibl. II. 327.

395) *Kernera* Moench. Bidens piloſa Linn.
— Medic. Myagrum ſaxatile Linn.

Ioh. Simon Kerner, Prof. Bot. Würt. Stutg. Handlungsprodukte aus dem Pflanzenreiche, 1. Heft. 781. Beſchreib. und Abbild. der Bäume und Sträucher des Herzogth. Würtenb. 783. Schwämme im Würtenb. 786. Abbild. aller ökon. Pflanz. 786 ſq. Verz. der um Stutgard wildwachſ. Pfl. 786.

396) *Kibera* Adanſ. Siſymbrii Species Linn.
*Kyperia* Neck. Bellidis Spec. Linn.

David Kyper, Linguae hebr. Prof. Argent. Lexicon rei herbariae 553. Partes etiam florum definit et deſcripſit.

397) *Kiggelaria* Linn. et Schreb.

Franc. Kiggelar, Belg. Hort. Beaumont. 690. Obſervatt. in Commelini H. Amſtel. 697.

*Kil-*

*Killinga* vid. Kyllinga.

398) *Kleinhovia* Linn. et Cavan.

Kleinhovius, Horti Botan. Cultor in Iava, et qui primus eundem inſtruxit. Laudat Eundem Burmann in Flora Indica.

*Kirſtenia* vid. Kyrſtenia.

399) *Kleinia* Linn.

— Cranz. Quiſqualis Linn.

Iacob Theod. Klein, Secret. Soc. Gedan. Soc. Acad. Lond. et Petropol. Hortus proprius 724. Tithymaloides 730.

400) *Knautia* Linn. et Schreb.

— Heiſt. Scleranthus Linn.

Chri-

399) Tithymaloides primum Cacaliae facta fuit ſpecies a Linnaeo, aſt ab hac diverſam diſtinctique generis plantam eſſe, et Kleinius primum docuit, et Linnaeus quoque ſtatuit. vid. Crit. p. 20. hinc quoque nomen impoſuit, et per triginta fere annos retinuit, dein autem cum Cacalia coniunxit. Meliora tandem edoctus et Kleiniam et Cacaliam tanquam diſtincta genera tradidit, aſſumpta quoque a Filio et Jacquino. Ideoque nunc Quiſqualis, quam ſuo tempore in Kleinii memoriam, quam Linnaeus extinxerat, et tunc non reſtituerat, hanc plantam nominavit Crannzius, vid. Inſt. R. Herb. To. II. p. 488.

400) Propoſuit quidem paradoxa, immo ſaepe falſa in methodo; attamen et Huius et Ruppii nimis rigoroſam cenſuram dedit Linnaeus, dum ſcripſit: *Mitto genera Ruppiana et Knautiana non definita, quibus ſuffecerit,*

Christoph Knaut, Medic. Halenſ. Flora Halenſ. 687.

Christianus, Filius, Bibliothec. Halenſ. de Methodo Plant. 705. Methodus Plantar. 716.

401) *Kniphofia* Scop. Intr. Adamarum H. Mal.

— Moench. Aletris uvar. Linn.

Io. Hieron. Kniphof, Prof. Med. Erford. Botanica in Originali ſ. Plant. Imag. fuligine expreſſae 733 ſqq.

402) *Knoxia* Linn. et Schreb.

Robert Knox of Ceylon 1681, germ. eod.

*Koellia* vid. Roellia.

403) *Koelpinia* Pallaſ. Rhagadiolus Linn.

— Scop. Perin-Panel H. Mal.

Alexand. Bernh. Koelpin Comment. de Stylo 764. Florae Gryphicae Suppl. 769.

404) *Koelreutera* Laxm. et Schreb.

— Murr. Giſekia Linn.

— Hedw. Funaria Schreb.

— Wilden. et Roth. Mnium hydrom. L.

Io-

*bene velle.* vid. Phil: Bot. 121. Iidem ſaepe ſunt horum characteres ac recentiorum. Sedum a Sempervivo, Cotyledon a Craſſula nonne ſolo partium numero diſtinguuntur? et ſic in aliis.

Ioseph Gottl. Koelreuter Entdecktes Geheimniſs der Cryptogamie 777 polline Antherarum flores alienos conſperſit et hybridas ſpecies produxit. Nachr. von einigen das Geſchlecht der Pfl. betreff. Verſch. 761. c. tribus cont. item in Act. Petropol. et ex his Botan. Magaz. Part. VI. 25.

405) *Koenigia* Linn. et Schreb.

— Commerſ. Aſſonia Cavan.

Io. Gerhard Koenig, Curland. Med. D. et Phyſ. Danorum, Tranquebaria habitantium, olim Linnaei Diſcip. Island. peragravit, inventor plantae. Linn. nova ab Eodem conquiſita, et Rottboel deſcripſit et Retzius Faſc. I. p. 7. Eius Deſcript. Monandrarum Ind. et Epidendrorum in Faſc. III et VI. Vita in Bot. Annal. Part. XX. p. 11.

406) *Kolbia* Adanſ. Blairia Linn.

Peter Kolbe Beſchreib. des Vorg. der g. Hofnung 719. Catalogum ab Hartogio habuit et auctum dedit.

407) *Krameria* Loefl. et Schreb.

Io. Georg. Henr. Kramer, Proto-Med. Vindob. Tentamen botanicum 728, auct. 744.

Guil. Henr. Kramer, Med. Doct. Flora Auſtriae 756.

408) *Kraſcheninnikoſia* Nov. Comment. Petrop. Diotis Linn. et Schreb.

Kraſcheninnikof vid. Craſſina.

409) *Krokeria* Neck. Waria Aubl.

— Moench. Lotus edulis Linn.

— Batſch. Gen. Commelina hexandra Aub.

Ant. Ioh. Kroker, Med. D. Vratislav. Flora Sileſiaca 787.

410) *Krügeria* Scop. et Neck. Vouapa Aubl. Macrolobium Schreb.

An Ioh. Gottlieb Krüger Naturlehre 1750?

411) *Kühnia* Linn. et Schreb. Eupatorii Spec. Cranz.

Adam Kühnius. Peregrinator, Plantae ſemina ex Penſylvania miſit.

412) *Kundmannia* Scop. Intr. Sium ſiculum Linn.

Io. Christ. Kundmann, Medic. Vratisl. Promptuarium rerum natural. 726. Seltenheiten der Natur und Kunſt 737.

413) *Kyllinga* Rottb. et Linn. Cyperoidis Spec.

— Adanſ. Athamanta cret. Linn.

Pe-

413) Hoc Viridarium *rarum librum, qui non meretur latere, Auctoremque non valde eruditum, aſt indeſeſſum virum dixit* Hallerus, qui et habuit exemplar ab Auctore ad novam edit. praeparatum, cum augmento non



exi-

Peter Kyllingus, Danus, Viridarium Danicum 648 et 688.

414) *Kyrſtenia* Neck. Eupatorii Spec. Linn.

Io. Iacob Kyrsten, Prof. Med. Altd. Diſſ. Alba Liguſtra Virg., Styrax et aliae.

415) *Labatia* Swarz et Schreb. Pouteria Aubl. — Scop. Intr. Macoucana Aubl.

Io. Bapt. Labat, Dominicanus, Magnus Exſcriptor, teſte Hall. Bibl. II. 169. Voyage de l'Amerique 722. Afrique occid. 728. Isles Antilles 721, en Eſpagne et ital. 730, germ. 758.

416) *Lachenalia* Jacq. Retinuit genus Schreber, licet antea cum Phormio Forſt. coniunxerit. vid. no. 578 et 1744.

Werner de Lachenal, Prof. Baſil. Spicil. Obſ. Med. 759. Obſervatt. botan. in Act. Helvet. To. IV, et in Novis Act. To. I. addit Haller Bibl. II. 489. Vir ad augendam rem herbariam natus.

417) *Laetia* Loefl. et Linn.

Ioh.

exiguo. vid. Meth. p. 208. Auctorem in botanica laborioſiſſimum fuiſſe, concedit quoque Linn. Amoen. Vol. V. p. 32. et tamen Eius memoriae nullam dicavit plantam. Adans. genus peculiare quidem non eſt, attamen laudanda Eius voluntas. Rottboelio debemus huius Viri perpetuam memoriam.

Ioh. de Laet, Antwerp. Novus Orbis 630. Non Ipſe Peregrinator, ſed ex aliis hauſit.

418) *Lagerſtroemia* Linn. et Schreb.

Magnus Lagerstroem, Coll. Commerc. Conſil. Acad. Stockh. Soc., Suis impenſis Chinae cimelias comparavit easque publico conſecravit. vid. Linnaei Amoen. Vol. IV. p. 232.

419) *Lagunaea* Cavan. et Schreb.

— cochin. Loureiro, diverſum genus.

Andr. Laguna, Eques auratus, Med. et Botan. Hiſpan. ſeculo XVI edidit *περι Φυτων* 543, et Epitomen Galen. Oper. 1555, et Botan. Dioſc. in Lingua Hiſpan. 560. vid. Tournef. Voyag. p. 27.

420) *Lamarkia* Oliv. Zool. Adriat. Allioniae Spec. Linn.

— Moench. Cynoſurus aureus L. Achyrodes Boehm.

Io. Bapt. Pet. Ant. de Monet, Eques de la Mark, Acad. Pariſ. Soc. edid. Dictionaire botanique 783, eſt Pars Encyclopedie methodique, Flore françoiſe 780. Extrait de la Flore françoiſe 791. Methodus pl. nova Mem. de l'Acad. Pariſ. 785. vid. Schreberi Genera praef. p. 7.

421) *Lanciſia* Pont. et Gaertn. Cenia Juſſ. Cotulae Spec. Linn.

Io. Maria Lancisius, Archiat. Pontif. de Fungis 707. Plantae ad Littus Tiberis 714.

422 *Landovia* Petiv. Auctoris affinem fuiſſe legimus, plura de Eodem et plantam ipſam ignoramus.

423) *Lavatera* Tourn. et Linn. Medicus Tigurinus fuit, nihil ſcripſit.

424) *Laugieria* Jacq. et Linn.

Albert Laugier, olim Botan. Prof. Vindob.

425) *Laurenbergia* Berg. Serpicula Linn.

Peter Laurenbergius, Sanioris horticulturae Reſtaurator, Horticultura 631. Apparatus plantar. tuberoſae et bulboſae 632.

426)

421) Inter Principes Medicos locum obtinuit Auctor, quaeque Pontedera Diſſertt. 208, dum genus condidit, in honorem Eius peroravit, veriſſima eſſe, quilibet concedet, aſt cum planta commode ad Cotulam reduci poſſit, bene poſtea Lanciſii nomen omiſſum fuit, reſtitutum tamen a Gaertnero, ex Botanicis enim non magnam obtinuit gloriam, Eiusque opus de Fungis plus ſplendoris, quam botanicae utilitatis habere, monuit Hall. Praef. cit. p. 26.

425) In Petri memoriam ſe plantam denominaſſe, Ipſe Bergius de Plant. Capenſ. p. 351 notavit. Verum alterum quoque Guilielm. Laurenb. omittere non debemus, quippe qui primus ordinum naturalium ideam dedit, ut ex

426) *Laurentia* Mich. et Scop. Lobeliae Spec. Linn.

Marcus Anton Laurentius, Medicinae Lector Bononienſ.

427) *Lawſonia* Linn. et Schreb. Henna Ludw. Alcaria off. et Gaertn.

Isaac Lawson, Med. Caſtr. Angl. Voyage to Carolina 709. germ. 712.

428) *Laxmannia* Forſt. et Schreb. Cyminoſma Gaertn.

Ericus Laxmann, Suec. Prof. Petrop. Sibiriſche Briefe 769, quaedam ad hiſt. nat. pertinent. Deſcriptio plant. Sibiricar. in Nov. Comment. Petrop. To. 18.

429) *Lechea* Kalm. et Linn.

Ioh. Leche, Prof. Aboenſ. Flora Scanica 744.

430) *Leea* Roy. et Linn.

James Lee Introduction of Botany 760 et 776, omnia fere ex Linnaeo.



ex Eius Bothanotheka Roſt. 626. ed. cuilibet patet. Quapropter Goett. Ille Botanicus Büttnerus, cuius, ut et anteceſſoris praematuram mortem lugemus, Eundem Auditoribus ſuis plus ſolito commendavit, ut refert Giseke Diſſ. de Syſt. Plantar. recent. Goett. 768. p. 7, ubi etiam contra Adansonium monuit, ex illis 38 Sectionibus, quas conſtituit Laurenb. non quatuor tantum, ſed plures naturalium nomine dignas eſſe.

431) *Leerſia* Swarz. vid. Linn. Ord. Gen. nat. p. 157.

— Soland. Aſprella Schreb.

— Hedw. et Rothii Bryi Spec. Linn.

— Spec. ad Encalyptam reduxit Schreb.

Io. Dan. Leers Graminum inpr. Scrutator, Flora Herbonenſ. 775, ed. 2. 789, cum icon. 104 in Tab. 16, quibus mera gramina delineantur.

432) *Leighia* Scop. Intr. Kahiria Forſk.

Car. Leigh Nat. hiſt. of Lancaſhire 700.

433) *Leinckeria* Neck. Roupala Aubl.

Ioh. Sigism. Leincker de horti Helmſtad. plantis rarioribus 746.

434) *Leonicenia* Scop. Intr. et Neck. Fothergilla Aubl., quae cum Melaſtoma Linn. coniungitur.

Nicol. Leonicenus, Vicentin. de Plinii et aliorum erroribus 1492 et ſaepius.

435) *Lerchea* Schreb.

— Hall. Clinopodii Spec. Linn.

Io. Lerche, D. circa Aſtracan lectas plantas vidit Linnaeus, vid. Amoenit. Vol. II. p. 336.

436) *Leskia* Hedw. et Schreb. Hypni Spec. L.

Nathan. Gottfr. Leske, Hiſt. natur. Prof. Lipſ. Naturgeſchichte I. Th. 779 et 784.

plures

plures non ſecuti. de generat. vegetab. 773. Reiſe durch Sachſen 785.

437) *Leviſana* Petiv. Bruniae Spec. Linn. Gen. ed. prior.

Levisanus Schreb. novum genus, Brunia a Gaertnero quoque dictum, et continet Bruniae prior. ed. ſpecies.

Levisanus, Theologus, Anglus.

438) *Leyſera* Linn. et Schreb. Aſteroptorus Vaill.

Fridr. Wilh. de Leyser, Flora Halenſis 761, ed. 2. 783.

439 *Lidbeckia* Berg.

*Eric. Gust. Lidbeck, Eques Ord. Waſ. Hiſt. nat. Prof. Lundenſ. quaedam in Stockholm. Mag. obſervata circa rem botanicam, aliorum editionem ſperavit Retzius Obſ. Faſc. I. p. 7. Sylvicultura Scaniae 757, et Diſſ. Suecico idiomate.

440) *Lightfotia* Swarz. retinuit Schreb. aliud vero genus eo quoque nomine inſignivit, quod vero, ut pag. 822 monuit, ex Swarzii obſ. cum Rondeletia coniungi poterit.

Iohn Lightfoot Flora ſcotica 777.

441) *Linckia* Mich. Tremellae Spec. Dill.

Io. Henr. Lincke, Pharmacop. Lipſienſ. de nonnullis exoticis in Eph. Nat. Cur. eſt

et recentior: Henr. Frider. qui ed. Florae Goetting. veget. ſaxo-calcario propria 790, recuſa in Usteri Delect. Opuſcul. I. no. 12. D. H. F. Lincke Annalen der Naturgeſchichte, 1. Stück 791. vid. Bot. Annal. Vol. I. p. 160.

442) *Lindera* Thunb. et Linn.

— Adanſ. Myrrhis Daucoides Moriſ.

I. Linder, poſt nobilitatem adeptam Lindenstolpe de Heſperidum pomis Diſp. 702. Flora Wiksbergenſ. Suec. 728.

443) *Lindernia* Allion. et Schreb., Pyxidaria Auct. ad Caprariam a Linn. relata.

Franc. Balthas. a Lindern, Med. Argent. Tournefortius Alſaticus 728. Hortus Alſatic. 747.

444) *Lindſaea* Dryandri in Tranſ. of Linn. Soc. Vol. III.

In honorem Iohn Lindsay, Botanici Iamaicenſ.

445) *Linnaea* Gron. et Linn. Obolaria Sigesb. licet longe aliud genus hoc nomine inſignitum fuerit.

Carolus de Linné, Eques aur. de Stella Polari, Archiater Reg. Bot. Prof. Upſal. Syſtema Naturae 1735, ed. 12. 1760, ultima Gmel. ed. 788 ſqq. Genera 737. ed. 8. Schreb.

Schreb. 791. Species 753 et 763 aliaque plura. Reformationis opus incepit 1735. Cf. Hall. Bibl. II. 244.

Carolus, Filius, M. D. Bot. Prof. Upſal. Supplementum Syſt. vegetabil. 781. Faſcic. Plantar.

446) *Linociera* Swarz. et Schreb., qui etiam Thouinianam Swarz. addit, quippe Qui in Prodromo eandem Linocieram appellavit.

Geofroy Linocier, Med. Turnonienſ. Hiſt. des plantes aromat., qui croiſſent dans l'Inde 584. Hiſt. des plantes de Virginie 620.

447) *Linſcotia* Adanſ. Limeum Linn.

I. Hugo von Linschoten, Harlemenſ. Voyage aux Indes occid. 599, germ. 600, arbores utiles et aromaticas depictas dedit.

448) *Lippia* Linn. et Schreb.

August Lippi, Gallus, in Aegyptum iter fecit, in Abyſſinia mortuus. Fungus melitenſ. 705.

Franc. Ios. Lippi, Enchiridion botanicum 766.



445) Illuſtris Viri in Hiſt. nat. maxime Botanicam merita notiſſima quidem ſunt, attamen pro Iunioribus notemus, eadem partim Ipſum recenſuiſſe Amoenit. Vol. VI. p. 311. partim expoſuiſſe Gisekè Diſſ. cit. p. 16 ſq.

449) *Liſtera* Adanſ. Geniſtae Spec. Linn.

— Neck. Oldenlandiae Spec.

Martin Lister, Soc. Lond. Soc. nonnulla ad Phyſicam plant. in Phil. Tranſact.

450) *Lobelia* Linn. et Schreb.

— Plum. Scaevola Linn. et Schreb.

Matth. l'Obel, Iacobi I. Reg. Angl. Botan. Stirpium adverſaria 570. Stirp. hiſt. 576. Icones 581. Conf. Hall. Bibl. I. 351.

451) *Lochneria* Heiſt. Heſperis Spec. Linn.

— Neck. Sigesbeckiae Spec. L.

— Scop. Intr. Perinkana H. Mal.

Michael Fridr. Lochner, Archiat. Caeſar. de Papavere, Pareira, Nerio, Ananas et alia 1713, 719 ſqq.

452) *Loeflingia* Linn. et Schreb.

Peter Loefling, Suecus, Regis Hiſpan. Botan. Iter Hiſpan. et Americ. 758.

453)

452) Induſtria Auctoris magnum accepit res herbaria incrementum, licet praematura morte d. 22. Febr. 756 in americano itinere obierit, ſuosque labores perficere non potuerit. Quam humaniter autem de ſe ipſo ſcripſerit, ex Eius Epiſtolis intelligimus, apponamus Eius verba, inprimis cum rem noſtram egregie illuſtrent. *Ich danke für die groſse Ehrenbelohnung, welche ich genoſſen, indem eine Pflanze nach meinem Namen genennet iſt. Ich beklage, daſs ich mich zu einer ſolchen vorzüglichen Belohnung noch nicht habe verdient machen können, und*

453) *Loeſelia* Linn. et Gaertn.
— Houſt. Royenia Linn.

Io. Loesel, Prof. Med. Regiomont. Flora Pruſſica 654, aucta per Gottſched 703.

454) *Loghania* Scop. Intr. et Neck. (forte et *Logania* Gmel. Syſt.) Souroubea Aubl. Ruyſchia Jacq. et Schreb.

Iacob Loghan Experim. circa generat. plant. 739 et 747.

455) *Lonicera* Linn. et Schreb.

